tis ita oua anatum anserũ structonũ ⁊ similiũ volatiliũ minus cõuenientia sũt ĩ regimine sanitatis: vel simpliciter euitãda. Scdm est vinũ rubeũ. pro quo sciendũ ꝙ vina diuersificant in colore. Nam quedã sunt alba: q̃dã rubea clara: quedã citrina: ⁊ quedã nigra. Vina enĩ alba debiliora sunt ceteris minus calida ⁊ minus nutritiua. verũ sunt minus ledẽtia caput: ⁊ magis vrine prouocatiua ⁊ aperitiua. Qꝫ sint debiliora ceteris patet q̃a scdm Galienũ sup primo canone tercie particule regiminis acutorũ. Debile vinũ est qd minus calefacit ⁊ minus replet caput. Cũ gᵒ vina alba minus calefaciunt et minus replẽt: caput ceteris. vt patebit debiliora erũt ceteris. Qꝫ autẽ vina alba sũt ceteris minus calida patet per Galienũ ĩ cõmẽto illius canonis tercie particule regiminis acutorꝫ. de vino etenĩ albo dicentẽ. Nõ est possibile alicui ex vinis albis vt calefaciat calefactione vehemẽti. Et postea subdit. Vinũ autẽ albũ est minoris calefactionis oĩbus vinis. Et istud est verũ cõparando vina eiusdẽ territorii adinuicẽ ⁊ nõ aliter q̃m vina rubea et ruffa gallicana nõ sũt ita fortia nec ita calida: sicut sũt multa vina alba que reperiunt ĩ aliis territoriis. Debet igit fieri cõparatio inter vina eiusdẽ maneriei ⁊ territorii. Qꝫ autẽ sint ceteris minus nutritiua. patet per Galienũ ĩ cõmento illius ãphorismi secũde particule amphorismorũ. Facile est repleri potu ꝙ cibo dicentẽ Vinũ enĩ aquosum subtile atqꝫ albũ visualiter aque est vicinũ et illius virtutis viciãtur ad nutriendũ vnde vrina ꝓuocatur: nec corpus inde nutritur. Et similiter ĩ cõmento illius amphorismi eiusdẽ particule. Eorũ qui nutriũtur. dicit Galienus. Vinũ aquosum minus dat corpori nutrimentũ cuius liquor est sicut aqua subtilissima ⁊ color albus. Qꝫ autem minus ledunt caput patet per Auicennam. tercia primi. doctrina secunda. capitulo. de regimine aque ⁊ vini dicentem. Vinum vero album et subtile calefactis est melius: non. enim capitis efficit dolorem: sed fortasse humectabit / et capitis do-

loꝛē alleuiabit. Et idē etiā vult galienus in cōmento illius canonis tercie particule regiminis acutoꝝ. Potus autē dulcis Ratio autē quare minus ledūt caput est: qꝛ minus fumosa ⁊ vaporosa sunt ceteris. Q: autē magis sunt vrine ꝓuocatiua ⁊ aperitiua patet per ypocratem in canone illo tercie particule regiminis acutoꝝ. De vino eteni albo dicentē: sed trāsitus eius scilꝫ vini albi in vesicā est faciliꝛ ꝙ cuiuslibꝫ alterius potus. cū quo etiā vim aperitiuā habere dinoscit. Et ex isto sequitur ꝙ ista vina alba subtilia plus cōueniūt ꝙ alia vina calefactis siue a natura sicut colericis ⁊ sanguineis naturalibus: siue ab accidēte sicut calefactis ex ira vel moꝛa in sole. Et similiter magis conueniūt studētibus qui debent vti vino nō turbante cerebꝛū. Et similiter conueniūt habētibus cerebꝛū debile. siue naturaliter siue accidētaliter. quia habentes cerebꝛū debile ex foꝛti vino faciliter inebꝛiant. vt habet Auicēna. tercia pꝛimi. loco pꝛeallegato Et ergo si vti velint vinis foꝛtibus necesse est ea foꝛtiter limphare. Et similiter conueniūt habentibus epar calidū ⁊ stomachū calidū: ⁊ habitātibus in regione calida. quia calida vina in istis facerēt estuationē. Vina vero rubea clara sicut beluensia calidioꝛa sūt ceteris vt vult galienus ī cōmento illius canonis supꝛa allegati. De vino eteni albo vbi dicit. verūtamen cuius calefactio ex vinis est vehemēs eius caloꝛ est rubeus clarus. Et ista vina etiā nutribilioꝛa sunt ceteris. vt habet galienus ī cōmento illius amphoꝛismi pꝛeallegati. facile est repleri. vbi dicit. Grossum vero ⁊ rubeū vinū nutribilius ē ceteris. implens coꝛpoꝛa cito obnoxia inanitioni. Et circa istud ē intelligendū ꝙ vina rubea dicūt nutribilioꝛa eo ꝙ plus eoꝝ ī substantiā membꝛoꝝ cōuertitur. Vina tamen nigra possunt dici nutribilioꝛa ceteris. quia cōstantius dant nutrimentū ⁊ tardius a mēbꝛis resolubile. Et isto modo dicit galienus in cōmeuto illius amphoꝛismi pꝛeallegati. Eoꝝ qui nutriūtur ꝙ vina grossa ⁊ rubea nutribilioꝛa sunt ꝙ aquosa: minus tamen ꝙ nigra. Et

istomodo etiã intelligit dictũ ysaac in dictis particularibus. vbi vult ꝙ vinũ nigrũ plus nutrit ꝙ̃ rubeũ. Et ista vina rubea magis ledũt caput ꝙ̃ alba: ꝛ minus vrine sunt ꝓuocatiua. Et hinc est ꝙ ista vina q̃a fortia sũt habẽtibus debile cerebrũ nõ conueniũt vt dictũ est. sed bene conueniũt habẽtibus forte cerebrũ. cum forte cerebrũ vapores eleuat ad ipsum nõ suscipit. vt dicit Auicẽna. tercia primi. cap̄. preallegato. Et circa istud est sciendũ ꝙ ingeniũ hominis fortis cerebri magis clarificatur et acuitur si bibat vinũ bonũ ꝙ̃ si non biberet. vt vult Auicenna. tercia primi. cap̄. preallegato. Et ratio est q̃a ex bono vino plusꝙ̃ ex quocũq; alio potu generãtur et multiplicãtur spũs subtiles clari ꝛ parui. Et inde est ꝙ theologi contẽplari soliti circa altissima bona vina diligũt. Et scd̃m Auicennã/ibi. Ista vina valent hominibus frigide cõplexionis ꝛ fleumaticis. Talia nãq; vina corrigũt lapsum frigiditatis cõplexionis: ꝛ aperiũt opilatiões euenire solitas frigidis fleumaticis ꝛ digerũt fleumata cooperãtia ad conuersionẽ eoꝝ in sanguinẽ: ꝛ digerũtur faciliter ꝛ cito penetrant ꝛ prebẽt alimentũ mũdũ ꝛ spũs plurimos. ¶ Uina vero citrina minoris calefactionis sunt ꝙ̃ rubea clara. vt vult Galienus in cõmento illius canonis preallegati. De vino etenĩ albo/maioris tamẽ calefactionis sunt ꝙ̃ alba. vt ergo etiã magis sunt caput ledẽtia ꝙ̃ alba. vt vult Galienus in cõmento illius canonis preallegati. Potus autẽ dulcis. Et ista vina etiã minus nutritiua sunt ꝙ̃ rubea. magis tamen ꝙ̃ alba. Et apud quosdã ista vina etiã vocantur alba. Et hinc est ꝙ aliqui dicũt ꝙ vina alba cito calefaciũt multum. Uina vero nigra sunt minoris calefactionis ꝙ̃ citrina. ꝛ ergo etiã minus ledũt caput ꝙ̃ citrina. Sed q̃a tardioris descensus sunt in ventrẽ: ꝛ minus vrine ꝓuocatiua ꝙ̃ alba magis ledũt caput ꝙ̃ alba. vt habet Galienus in cõmento illius canonis p̄allegati Potus autẽ dulcis. Et sunt ista vina etiã plus nutritiua ꝙ̃ alba ꝛ citrina minꝰ tamẽ ꝙ̃ rubea vt predictũ est. Terciũ ē sorbi

lia facta ex iuribus carniū ⁊ maxime ex brodio pullorū Talia enī brodia nature hūane sūt amica: ex quo facili me i sanguinē sūt mutabilia: ⁊ bonū sanguinē generant Et maxime dū fiūt ex simula. i. ex subtilissima parte farine. q̄a simula ⁊ maxīe tritici multū nutritiua ē ⁊ bonū nutrimentū affert. vt haberi potest ex rasi tercio alināsoris. Et ista tria p̄dicta ponit Auicēna scd̄a primi. doctrina scd̄a. sūma prima. cap. xv°. in fine. vbi dicit. Exēplū subtilis multi nutrimenti boni chim. i. humoris est ouoꝝ vitelli ⁊ vinū et aqua carnis. Et ex isto concludit q̄ ista tria sūt de gn̄e naturā hūanā maxīe confortātiū.

Textus

Nutrit et impinguat triticū/lac/caseus infans
Testiculi porcina caro/cerebella/medulle/
Dulcia vina/cibus gustu. iocundior oua
Sorbilia. mature ficus. vueq̄ recentes

Cōmentum

In hoc textu tangunt duodeci res: corpus humanū nutriētes: ac ipinguātes. Quarū prima est triticū. i. panis ex tritico. de quo dicit Auicēna scd̄o canonis. ca. de pane: q̄ ipinguat velociter ⁊ maxime de frumēto nouo Rasis vō tercio alināsoris de tritico dicit. Triticū tēperamēto vicinū ē: licet caliditati parū attineat. Qd̄ autē pōderosius ⁊ solidius īuenit maioris est nutrimēti. Oībus quoq̄ hoibus aliis granis ꝑficiens magis ꝓpriū inuenit. Sāguis etiā ex eo gn̄atus oīni sanguie. qui ex aliis generat granis tēperatior est. Et sequēti cap. dicit. Panis qui ex tritico fit pluribꝰ hoīm cōuenientior ē. Circa electionē. aūt tritici sciendū ē q̄ electio eius pōt sumi vno modo ex parte snbstātie ipsius. alioº ex parte p̄paratiois eius. Electionē autē eius ex ꝑte substātie ipsius ponit Auicēna scd̄o canoīs ca. de frumēto dicēs. Melꝰ ē illd̄ qd̄ ē mediū iter duriciē ⁊ caritatē magnū pigue recēs. i. nō nimis ātiquū planū qd̄ ē īter rubedinē ⁊ albedinē. Frumētū vō nigrū mali ē nutrimēti Rasis vō supaddit pōderositatē eiꝰ sup electiōe eiꝰ. Circa electionē vō eiꝰ ex

parte pparationis eius sciendū est q̄ omīa que sunt ex farina tritici frixa tarde a stomacho descendūt generāt grossos humores/opilant vias epatis/augmentāt splenem/ꝛ generāt calculū/multū nutriūt si digerant. Triticū vero elixū est cibus grauis ꝛ indigestibilis. sed si digerat fortiter: nutrit ꝛ roborat virtutē. Sed triticū sub forma panis bene fermētati ꝛ ossati in clibano moderato igne est electus cibus. Et omīa ista colligūtur ex galieno primo alimentoꝝ. Secūda res est lac. Et pōt istud intelligi de lacte ebutirato: qd̄ apud medicos adoc dicitur. et apud cōmunes balbuca. Balbuca enī recēs si comedatur cū pane recenti siue calido ei imposito maxīe impinguat. Potest etiā intelligi de lacte caprino puod etiā multū nutrit. de quo prius latius dictū ē ibi. Persica poma pira. Tercia res est caseus infans siue recēs de quo dicit Auicēna secūdo canonis cap̄. de caseo q̄ ē nutritiuus ꝛ impinguatiuus. Et licet caseus recens nutriat ꝛ impinguet. In regimīe tamen sanitatis nō cōuenit. quia sequūtur ex eo nocumēta prius dicta ibi. Persica poma pira. Quarta res est testiculi. Et istud maxīe intelligendū est de testiculis galloꝝ impinguatoꝝ. de q̄bus Auicēna secūdo canonis. ca. de testiculo dicit q̄ sūt valde boni nutrimēti ꝛ plurimi. Et quarta primi cap̄. primo de eis dicit q̄ in modica q̄titate multū nutriunt Et potest istud etiā intelligi de testiculis porcoꝝ multū pinguiū nondū coeuntiū. sicut enī porcorū caro ea que aliorū aīalium quadrupedū melior existit. ꝛ hoc quo ad hoc quod est nutrimentū prebere maius irresolubilius ꝛ corpori humano similius. sic etiaꝫ ꝛ porcorū testiculi respectu testiculoꝝ alioꝝ animaliū quadrupedū. Et ē hic diligēter notandū q̄ testiculi animaliū prouectoꝝ ī quibus est iam fermentatū semen ꝛ generatū non sunt boni nutrimēti. sed testiculi animaliū iuuenū adhuc nō coire potentiū quibus adhuc nō est sperma fermentatū sunt satis laudabilis nutrimēti: si bene digerātur. Et de istis etiā intelligit dictū prius. Quīta est caro porcina

de cuius electione ꝛ effectu satis ample dictum ē prius ibi. Persica.ꝛc. Sexta est comestio cerebrorū. Pro quo sciendū est ꝙ cerebrū est stomacho malū nauseatiuū/deiectiuū appetitus: ꝛ grossi humores generatiuū. Verū ē tamē ꝙ si bene digerat alimentū dat corpori notabile. sed nullo° comedi debet post alios cibos. Bonū autē est ꝙ cum organo vel calamēto vel cū aliqbus obtemperātibus eius viscositatē ꝛ frigiditatē in qbus sit virtus icisiua ꝛ calefactiua paret. Et cauendū est ꝙ si. comedat ꝙ pmitus assetur sup carbones. Et est aduertendū ꝙ nō confert illis qbus frigide solent aduenire egritudines. sed bene habētibus complexionē calidā. vt vult Rasis tercio almasoris. cap. de virtutibus mēbrorū aīaliū. Et breuiter parū cōuenit in regimie sanitatis. sed aliqn bene cōuenit via medicine sicut cerebrū capriolorū: cōueniens est, cōtra venena ꝛ contra morsū venenosorum et cerebrū leporis cōtra tremorē. et scdm quosdam cerebrū pullorū ꝛ caponū ad memoriā ꝛ subtiliationē ingenii conferūt. Circa electionē tamē cerebroꝝ sciendū est ꝙ meliora eorū sunt cerebra volatiliū: et ppie montanorū. ꝛ ex cerebris quadrupedū/cerebrū arietis. deinde vituli. vt vult Auicēna scdo canonis. ca. de cerebro. Septima est medulle que multi sunt nutrimēti si bene digerant. prout dicit auicēna scdo canonis ca. de medulla. Et etiā facile in sanguinē conuertunt. Hoc tamē malum faciunt ꝙ deiciūt appetitū/atq nauseā inducūt. et ergo auicēna docet eas comedere cū piperibus. Et etiā aliqui eas preparāt cū citoniis ꝛ pastillis. vt faciūt leccardi. Et pro electione earū dicit auicenna ꝙ cōuenientior est medulla vitulorū ꝛ cerui. deinde tauri: ꝛ postea caprarū: deīde ouium. Et secundū aliquos medulle taurorū iuuenū ꝛ pinguiū multū cōuenientes sunt. Octaua est dulcia vina: de qbus posterius dicet ibi. Sūt nutritiua. Nona est cibus gustu iocundior: quia talis maxime nutrit. Iuxta illud ypocratis scda particula amphorismorū dicētis. Parū deterior cibus ꝛ potus dele=

ctabilior quidē melioribus magis delectabilis est appe tēdus. Et Galienus ī cōmento illius ait. Omis enī cibꝰ sapidus in quo quisq̄ delectat cum accipit a stomacho cōplexus retinet: et cū magna delectatione digerit: plusq̄ alius qui si sit abhomīabilis fugit vnde vomitus fastidiū inflatio rugitus generāt. Et hinc ē q̄ aliqui melius valent cū malo cibo q̄ cum bono: quia maiorē delectationē habent in malo. Decima est oua sorbilia que ī modica q̄titate etiā multū nutriūt. de q̄bus etiā dictum est supra ibi. Oua recentia. Undecima est ficus mature que ꝓpter suā dulcedinē multū nutriunt ⁊ impinguāt. Circa istud tamē sciendū ē q̄ licet nutrimentū ficus nō existat ī robore nutrimēti carnis ⁊ granorū: est tamē vehemētioris roboris q̄ nutrimentū oīm fructuū. vt vult auicenna secūdo canonis. cap. de ficubus. Et ibidē etiaʒ dicit q̄ ficus est nutribilior ceteris fructibus Et idē vult auicenna. tercia primi. cap. de regimīe eius quod comeditur dicens q̄ inter fructus/fructus magis nutritiui ⁊ similiores ⁊ ꝓpinquiores carnibus ī nutriendo sunt ficus ⁊ vue valde mature ⁊ dactili. Circa electionē vero earū sciendū est q̄ scd̄m auicennā: secūdo canonis cap̄. de ficubus. Melior est alba. quia leuior. deinde rubea siue citerna. ⁊ deinde nigra. Et que vehemēter matura ē melior est ⁊ ꝓxima ad hoc vt nō noceat. Item humide et recētes ficus magis ⁊ velocius nutritiue sūt q̄ sicce. et citius transiūt de stomacho ad epar. et magis humectant epar: et magis lenificāt q̄ sicce: Uerū sicce sūt minus inflatiue ⁊ magis stomacho cōuenientes q̄ humide Et de siccis dicit auicēna loco ꝓallegato. Sicca quidē ī suis oꝑationibus est laudabilis verum sanguis ex ea generatus nō ē bonus. et ꝓpter hoc facit pediculos verum si sit cum nuce. tūc eius chimus. idest humor fit bonus et post nucem cū amigdala. Et postea dicit q̄ administratio sicce cum ieiuniū adest est mirabilis iuuamenti in aperiendo vias cibi. et proprie cum nuce ⁊ amigdala. cum tamen eius nutrimentum cuʒ nuce sit plusq̄ cū

amigdala. Et conueniūt vtreqꝫ ficus in hoc ꝙ in ipsis est inflatio et lenificatio et expulsio superfluitatū ad cutem: et prouocatio sudoris ꝛ remotio asperitatis gutturis: et mundificatio et lenitio pectoris/ pulmōis et canne eius et apertio opilationū epatis renum et splenis. Duodecima res est vua recens. idest vua dulcis et bene matura. Pro quo sciendum ꝙ vua est triplex. Nam quedam est īmatura et acerba: ꝛ fit ex ea agresta. ꝛ ista strīgit ventrem et coleram rubeam reprimit atqꝫ sanguinē Et multum valet in fluxu ventris colerico. Alia est matura viridis et recens. ex qua fit vinum. Et ista specialiter quando est alba et sine nucleis ꝛ cortice/ ventrem laxat: et ceteris fructibus plurimi ꝛ melioris nutrimenti existit sicut ꝛ ficus minoris tamen nuutrimenti est ꝙ̄ ficus. vt habet Auicenna secundo canonis. cap̄. de vua. Uerum est tamen ꝙ ventositatē generat et inflationes et ventris dolorem. Et si remanserit per duos dies vel tres post collectionē suspensa donec cortex detumescat: melius nutrit ꝛ minus laxat nec tantū inflat. Et habentes stomachū plenum ciboꝛ īmundū malis humoribus nullomodo comedant vuas et specialiter recentes ꝛ sine arillis. velociter enī in stomacho īmundo corrumpūtur: et in stomacho pleno cibis quia nimis cito digeruntur: et non poterunt exire de stomacho post earum digestionem propter cibum nondum digestum. quare tunc in stomacho corrumpūtur: et alium cibum corrumpūt. Et similiter etiam intelligendū est de aliis fructibus laxatiuis. Et si aliquis velit sumere vuam viridem et recentem bonū est ꝙ primitus infundat in aqua frequenti per horam. et deinde ponatur in aquā frigidā et post sumatur. Rasis vero tercio almasoris de vua recenti ꝛ specialiter dulci dicit ꝙ cito corpus impinguat et augmentat erectionem virge. Et vlterius dicit ꝙ illa vua que est subtilioris coru. idest corticis citius descendit a stomacho. Illa vero que est grossioris tardius. Alia est vua sicca que passula vocatur. et ista licet po-

natur ⁊ numeret inter equalia. parũ tamẽ caliditati attinet: et bene nutrit. secundũ Rasim loco pallegato. ⁊ cõfortat stomachũ: ⁊ epar secundũ auicennã loco preallegato: ⁊ opilatiões remouet. Et dicit ꝙ epar impinguat ex eis: ⁊ maxĩe si mundent ab arillis. Et sic textus predictus potest intelligi de vua matura recenti: ⁊ de vua sicca que passula dicitur.

Textus.

Vina probantur odore/sapore/nitore/colore.
Si bona vina cupis: hec quinqꝫ ꝓbantur in illis.
Fortia/formosa/fragrantia/frigida/frisca.

Cõmentum.

In hoc textu ponũtur quatuor generalia: qbus vina probãtur. Primũ est odor. Vinũ enĩ boni odoris siue redolens multiplicatiuũ est. spirituũ subtiliũ. Et scdm cõstantinũ. qnto theorice. bene nutrit et bonũ sanguinẽ generat. Vinũ vero fetidũ abhomĩabile est nature hũane spũs grossos ⁊ melãcolicos generãs. Et scdm constantinũ qnto theorice. Malũ sanguinẽ et capitis dolorem ex malo fumo caput ascendente generat. Galienus vo tercia regiminis acutorũ. cõmento primo loquẽs de diuersitate vinorũ ex odore dicit ꝙ ex vino est boni odoris ẽ melioris chimi. idest humoris. et scdm illud est multitudo que implet ex eo caput quod est: quia est subtilius et calidius. quod autẽ ex eis est mali odoris secundũ maliciã chimi generati ab eo erit pausitas lesionis eius ĩ capite quod est qa est frigidius ⁊ grossius. Illud autẽ cui penitus nõ est odor nõ facit oĩno aliquid accidere in capite: quia est vehemẽter grossum. Secundũ est sapor. sicut enĩ cibus sapidior melius nutrit ⁊ melius a stomacho amplectitur. vt dictum est in sententia precedenti. ita et vinum. Circa istud tamen est sciendum ꝙ vina in sapore diuersificãtur. quedã enĩ sũt dulcia aliis nutribiliora grossum sanguinẽ facientia: ⁊ ventrẽ humectantia ad digerendũ dura: et sitim generãtia. Alia sunt põtica siue stiptica stomachũ cõfortantia/ventrẽ cõstipan-

tia pectori ⁊ sue pertinētie.scilꝫ pulmoni ⁊ canne eiꝰ nociua intestinis cōgrua ad digerendū dura Alia sūt acerba que sūt diuretica.i.vrine ꝓuocatiua: grossos humores nō generātia se dissoluētia.Alia amara minus calida.vt habet constātinus q̄nto theorice. Terciū est nitor siue resplēdentia que indicat suꝑ subtilitate vini.⁊sic ex cōsequēti super subtilitate spirituū ex ipso generatoꝝ. Quartū est color.Ex parte eni coloris vina diuersificātur ī nutritiōe.Vina eni rubicūdiora ceteris paribꝰ magis nutribilia sūt albis.et ideo plus cōueniūt macris q̄ alba.Alba tamē plus conueniūt pinguibus . Et de ista diuersitate vini ex colore dictū est prius ibi.Oua recentia.Deinde in textu ponūtur q̄nq̄ specialia q̄bus ꝓbatur bonitas vini.Primū tangit cū dicit fortia . Fortitudo eni vini cognoscit ex effectu.Vinū eni forte ē q̄d calefacit corpus vehemēter replens caput.sc̄dm̄ Galienū cōmento primo tercie particule regiminis acutoꝝ.Istud eni vinū maxime spirituū est multiplicatiuū ⁊ multū nutritiuū.Caueant tn̄ ab illo nisi sit limphatū qui sunt debilis cerebri:quia magna effumatio ab ipso ad cerebrum ipsoꝝ ꝑueniret:⁊ ipsū lederet. Secundū tangit cū dicit formosa.Vinū eni formosū siue pulcrū: quia cū maiori appetitu sumit melius digeritur ⁊ melius nutrit. Terciū tangit cum dicit fragrātia. Vinū eni fragrans siue bene redolens maxime confortatiuū est:⁊ spirituū subtiliū generatiuū.vt dictū est.Quartū tangit cū dicit frigida.Nam vinū debet esse frigidū quo ad actū:nō autem quo ad effectū.Vinū autē calefactū cū sit rarius ⁊ subtilius citius inebriat/neruos debilitat:⁊ caput ledit: nisi ī modica q̄titate sumptū fuerit. Quintū tangit cum dicitur frisca.Vinū eni bonū debet esse friscum siue leue q̄d spumādo sonū facit:⁊ habet spumā tenuē de facili labilem ⁊ in medio existentē: siue quādo in eo mouet athomi.Vinū eni nō istius dispositionis pendulū dici debet et maxime si non sonat vel corpora athomalia non habeat.Vel debꝫ dici debilevel limphatū si spumā habeat

cũ magnis ampulis: vel ad latus cyphi spuma diu maneat.

¶Textus.

¶Sunt nutritiua plus dulcia candida vina.

¶Cõmentum.

¶In hoc textu ponit vnũ documentũ de vinis. Et ē q vina candida ⁊ dulcia ceteris paribus plus nutriũt reliquis vinis. et istud voluit cõstãtinus loco pallegato et idē vult auicenna. tercia primi. ca. de regimie aque et vini. vbi dicit. Vinũ quoq grossum quod est dulce: ē melius illi qui vult esse pinguis. Et ratio est q̃a vina dulcia vehemēter a mēbris attrahũtur pter eoꝝ dulcedinē cui natura congaudet. Nam dicit auicēna scđo canonis tractatu primo. ca. tercio. Opationes aũt dulcis sũt digestio ⁊ lenificatio ⁊ multiplicatio nutrimēti ⁊ natura diligit ipsũ: ⁊ vtus attractiua attrahit ipsũ. Et licet iste textus verificet de omi vino dulci. eligibile tñ est vinũ moderate dulcedīs: ⁊ nõ dulce in sũmo sicut vinũ qđ vulgo muscadellũ: siue muscadetũ dicit. quia tale corrũpit sanguinē. Cuius ratio ē q̃a natura rapit auide tale vinũ a stomacho ad epar priusq digerat quod in eo est vtile chilificationi. ⁊ anteq̃ maturet eius supfluitas propter delectationē eius maximã in cõnaturalitate dulciũ. ⁊ sic replet sanguinē aquositate indigesta ex qua reddit apt⁹ ebullitioni ⁊ putrefactioni. Et istud etiã intelligendũ ē de aliis cibis dulcibus in sũmo. Pro maiori noticia sciēdum ē q ex vsu vini dulcis ⁊ alioꝝ nutrientiũ dulcium tria timent nocumenta: ⁊ maxime his que ad ea proni sunt. Primũ est fastidiũ pterea q dulcia suis caliditate ⁊ humiditate leniũt: ⁊ applanant orificiũ stomachi īducentia illic dispositionē contrariã inanitioni ⁊ corrugationi illius que sũt causa famis. Scđm est velocitas inflãmationis coꝝ ⁊ cõuersionis in colerã. Nã res dulces cõuenientissime sũt ingñatione colere. Et pter hoc mel plus omĩbus rebus generat colerã: qm̃ ipsũ est dulcius omĩbus rebus. et post ipsum vinũ dulce. vt habet Galienus in cõmento illius canonis tercie particule re

giminis acutoꝝ. Mentē leuius percutit. Et hinc est ꝙ īducit sitim: nec cōuenit febricitātibus. nec etiā colericis. vt ibidem dicit Galienus. Terciū est opilatio epatis et splenis. quia dulcia trahūtur ab eis cum fece sua ꝓpter magnā delectationē quā habent in eis: ⁊ maxime epar anteꝙ digerantur: quare illic leuiter inducunt opilationes cooperante ad hoc substantia grossa in qua fundatur sapor dulcis. secundū Auicennā. secūdo canonis. tractatu primo. cap. tercio. Et hinc est ꝙ vinū dulce minus est vrine prouocatiuū ꝙ alia vina. Et cōtra ista tria nocumenta sūme valent acetosa. quia appetitū sua acetositate prouocant. et sua frigiditate inflāmationē prohibēt et subtilitate sue substantie opilationes aperiunt. Notādum insuper ꝙ licet vina dulcia ⁊ alia nutrimenta dulcia opilent epar et splenem. deopilant tamē ipsum pulmonē. Et ratio quare nō opilant pulmonē sicut epar et splenem est: q̄a a dulcibus in transitu suo per mery nil nisi subtile ad ipsum resudat. et sanguis genitus ex rebus dulcibus ad pulmonē venit iam purificatus ī epate prius: et in corde subtiliatus. et istud vult Galienus ī cōmento illius canonis tercie particule regiminis acutorum. Dulcis potus. Item vina dulcia minus inebriant secundū ypocratē. tercia particula regiminis acutorum canone illo. Mentē leuius ꝑcutit ꝙ reliqua fortiora vina. Ex ꝑdictis concludi potest ꝙ si bibatur vinū ratione nutritioīs corporis restauratioīs ⁊ impiguationis: sicut cōtingit in his qui macri sūt: siue naturaliter siue accidētaliter. tūc cōpetūt vina dulcia ⁊ grossa sufficiēter colorata. talia enī vina sūt sufficiēter nutritiua ⁊ deꝑditi restauratiua: ⁊ corporū impiguatiua. vñ cōueniētiora sūt ad īpinguandū corpora macra. Et ꝑ oppositū si intēdamus nō nutritionē nec de ꝑditoꝝ restaurationē ne īpinguationē. vt ꝯtingit ī his q̄ sunt multū carnosi ⁊ pigues. tūc vina subtilia nō dulcia sꝫ sapore amicabilia odorifera ad albedinē declinātia sufficiēter fortia eligēda sūt. Si vo detur vinū ad sitis extinctionē. tūc vinū albū ⁊ subtile debi-

le est eligibilius. tale enī vinū magis humectat ꝛ infrigidat. ꝛ per cōsequēs melius extinguit sitim. ꝛ q̄to sitis ē maior: tanto male vinū est cōuenientius. Si vero vinū detur ad spirituū cōfortationē ꝛ reparationē: ꝛ virtutis ꝯfortationē. tūc debet dari vinū subtile ꝛ odoriferū: saporis delectabilis/mediocris coloris/sufficiētis fortitudīs et tale vinū debet sumi cū pauco cibo. ꝛ debet esse depuratū ab vtraqꝫ sup̄fluitate. ꝛ debet sumi ī pauca q̄titate Si vero intēdamus pectoris ꝛ pulmonis mūdificationem: et ventris laxationē. tunc vina mediocris substantie sapore dulcia sunt magis eligibilia.

¶ Textus.

¶ Si vinum rubeum nimiū quandoqꝫ bibatur.
Venter stipatur: vox limpida turbificatur.

¶ Cōmentum.

¶ In hoc passu ponūtur duo nocumenta nimie potationis vini rubei. Primū est ꝙ nimia bibitio vini rubei cōstipat ventrē. i. duros facit secessus seu difficulter habere egestionē. Cuius causa scdm̄ aliquos ē. q̄ tale vinum rubeum plus ceteris paribus ē calefactiuū: ꝛ magis nutritiuū. Inquantū enī plus est calidū: magis exsiccat. et inquantū magis nutritiuū auidius a natura retinetur. Potest tn̄ textus intelligi de nimia potatione vini rubei stiptici aut pontici. ex qua stipticat̄ ꝛ constipatur venter propter stipticitatē aut ponticitatē vini. Circa istud tamen sciendū est ꝙ si exhibeat̄ vinū ad stomachi ꝛ viscerū contentiue fortificationē eligemus vina grossa pontica vel stiptica rubea vel nigra. sicut cōtingit in habentibus fluxum ventris ꝓpter debilitatē contentiue stomachi. ꝛ istud vult ypocras tercia particula regiminis acutorū. canone illo. Palmeus quidē. ꝛ niger. ꝛ similiter galienus in cōmento illius. Sed si intēdamus confortationē digestiue competūt vina subtilia vel mediocria ī substantia ꝛ colore boni odoris ꝛ cōuenientis saporis ꝛ sufficientis vigoris ꝛ aliqualis stipticitatis. Secundū est exasperatio gutturis siue raucedo quā inducūt aliqua

vina intense rubedinis. ꝑpter eorũ siccitatẽ ⁊ terrestrei tatem. Et istud nocumentũ etiam contingit ex vinis ru beis patrie brabãcie ꝑpter eoꝝ stipticitatẽ ⁊ terrestreita tem. Et maxime quãdo musta sunt vina predicta istud nocumentũ secundũ contingit. Non tamen primũ: quia mustũ magne rubedinis solet inducere ventris fluxum propter feces suas terrestres cũ eo mixtas que sui mor dicatione mordicãt intestina. ex qua mordicatione flu xus ventris causat. Et tale vinũ non debet bibi mustũ. idest ꝙdiu fuerit turbidum: ⁊ bulliens. quia ex quo ipsũ est mordicans ꝑpter suas feces terrestres: ab eo etiam eleuatur fumus mordicans qui ad cerebrũ veniens sui mordacitate mordicat oculos atq; rubificat. Et istud eti am intelligendũ est de istis mustis patrie brabancie si ue rubeis siue albis ꝑpter eoꝝ terrestreitatẽ. Causa aũt quare iste fumus est mordicatiuus est q̃ vinũ a quo dis soluitur est mordicatiuũ. Jam vt dicit Galienus prima particula amphorismoꝝ ĩ cõmento illius amphorismi et qui crescũt quicq̃d aqualibet re dissoluit ei vnde dis soluitur necesse est vt assimiletur.

Textus.

Allea/nux/ruta/pira/raphanus/et tyriaca
Hec sunt antidotum contra mortale venenũ.

Cõmentum.

In hoc textu ponũtur sex medicine valentes cõtra ve nenũ. Prima est alleũ quod maxime valet contra nocu mẽta ꝓuenire solentia ex mala aqua. ⁊ maxĩe valet cõ tra potum male aque. de quo dicit serapion in aggrega torio. ca. de eo. ꝙ quãdo sumit alleũ ⁊ post bibitur aqua corrupta nõ nocet aqua illa potanti. Et idẽ inuit auicẽ na secũdo canonis. ca. de eo. et tercia primi. ca. de cõser uatione iter agentes a nocumẽto diuersarũ aquarũ. Et istud idẽ etiam operat cepe. vt vult auicẽna secũdo ca nonis. ca. de eo. ⁊ sic põt cõprehendi sub alleo. Et de eo etiã dicit auicẽna tercia primi. loco p̃allegato. ꝙ cepe ẽ vt tyriaca malarũ aquarũ ⁊ maxĩe cũ aceto: q̃a cepe est

subtiliatiuũ/incisiuũ/abstersiuũ cũ stipticitate: ꝛ aperit fortiter. vt vult Auicẽna. scđo canonis. cap. de eo. Et est calidũ in tercio. quare calefacit malas aquas ꝓhibens ne sua frigiditate stomacho noceãt: ꝛ subtiliat grossas: faciẽs eas cito penetrare. Et acetũ hinc permixtũ vigorat virtutẽ eius in subtiliatiõe ꝛ penetratiõe aquarum et ꝓhibet a siti quã inducere solet cepe comestũ. Et eađ ratio verificat̃ de alleo. Et ergo etiã dicit auicẽna tercia primi. loco preallegato: ꝙ allea comedẽda sunt super aquas grossas ꝛ turbidas: q̃a subtiliant eas. cito descendere faciũt ꝛ ꝓhibent ne stomacho noceant: ꝛ intestinis ꝛ ne venas opilent. Alleũ p̃terea comestum ante iter: et post hoc ex melioribus rebus est ꝛ cõueniẽtiorib⁹ illis q̃ veniũt ab aere frigido/vel qui vadũt ad eũ. vt ĩnuit auicenna. tercia primi. cap. de regendo iter agentẽ in frigore ꝛ congelatũ. Et ex isto sequit̃ ꝙ alleũ multũ valet iter agẽtibus: ꝛ per diuersas terras eũtibus: ꝛ diuersis potibus vtẽtibus. Juxta illud metricũ. Allea qui mane ieiuno sumpserit ore. Hũc ignoratũ nõ ledit potus aquarũ. Hec diuersoꝝ mutatio facta locoꝝ. Valet p̃terea alleũ ad puncturã vermiũ venenosoꝝ ꝛ morsũ serpentũ quãdo bibitur cũ vino quod Auicẽna secũdo canonis. cap. de eo se dicit fuisse expertũ. Et cõfert etiã morsui canis rabiosi: ꝛ qñ fit emplastrũ ex alleo: ꝛ foliis ficus ꝛ cimino suꝑ morsũ mugali cõfert. vt ibidẽ dicit Auicẽna. Cepe vero secundũ auicennã. secũdo canonis. cap. de eo. cõfert etiã morsui canis rabiosi cũ linitur suꝑ ipsum aqua eius aut emplastrat̃ ex eo cũ sale ꝛ ruta. Et cepe qđ comedit̃ expellit nocumeutũ vẽtositatis venenosoꝝ. Et dixerunt quidã ꝙ ipsũ generat in stomacho humorẽ humidũ plurimũ frangentẽ nocumentũ venenosoꝝ. Notandũ est circa istud ꝙ alleum ꝛ cepe: ꝛ similiter etiam porrũ via cibi nõ cõpetunt tẽperatis corporibus nec calidis: ꝛ specialiter cruda. parũ enĩ nutriunt: ꝛ male nutriunt: ꝛ generãt sanguinẽ acutum ꝛ pungitiuũ. grossos humores tñ subtiliant: ꝛ viscosos incidũt: ꝛ postꝙ deco-

cta sunt pdunt pungitiuitatē. ⁊ adhuc remanet virtus i cisiua ⁊ subtiliatiua: vñ magis cocta cōpetunt ꝙ cruda Porri enī sunt calidi ⁊ sicci: ⁊ dant corpori alimentū illaudabile ⁊ oculis nocēt: ⁊ generāt sanguinē nigrū ⁊ melancolicū. ⁊ somnia terribilia ⁊ neruos ledūt rōne pungitiuitatis eoꝝ nocent dētibus ⁊ gingiuis: ⁊ nullus colericus nec melācolicus eis vtat: ⁊ specialiter crudis. Cepe calide sūt ⁊ habent humiditatē superfluā terrestrem cū huīditate aquosa subtili indigesta. Si comedant cruda generāt ī stomacho humores malos ⁊ putrefactibiles ⁊ corruptibiles ⁊ inducūt somnia mala ⁊ terribilia ⁊ dolorē capitis. Et nimius vsus earū disponit hominem ad memoriā deperdendā: ⁊ pturbat intellectū: ⁊ pducit ad dementiā. Sed si comedant cocte cū aqua laudabiliū carniū laudabiliter iuuāt digestionē: ⁊ minuūtur earum nocumenta ⁊ temperant cibaria frigida cum quibus decoquūtur. sed melius est eis non vti. Allea calida sunt ⁊ declinant ad aliqualē humiditatē: sed minus ꝙ cepe valent contra ventositatē ⁊ valent in tussi: ⁊ bene screare faciunt. sed nocent visui ⁊ dolorē capitis inducunt: et sunt tyriaca rusticoꝝ. Et sic predicta solū conueniūt his qui fleumaticū aut grossum viscosū humorem habuerint. Colerici vero a predictis abstineāt. Secūda est nux. de qua dicit auicēna. secūdo canonis. cap̄. de ea. ꝙ ipsa cum ficubus et ruta est medicina omibus venenis: ⁊ ex ea cum cepe ⁊ sale fit emplastrū super morsum canis rabiosi. Et istud maxime ītelligitur de nuce sicca ante cibum sumpta modo predicto. Et circa istud vlterius sciendū est ꝙ nuces sicce peiores sunt recentibus ⁊ humidis: quia sicce magis vnctuose sunt rōne cuius in colerā conuertūtur: ⁊ inducunt capitis dolorē: ⁊ oculos turbant: ⁊ vertiginē generāt: ⁊ specialiter sumpte post cibum. ⁊ lingue paralisim inducūt: ⁊ vomitū prouocant ⁊ vesicas in ore faciunt. Et habentis stomachū colericum maxime debent euitare nuces siccas: ⁊ quāto antiquiores tāto peiores sūt. Recētes aūt minus/male sūt qa nō

sunt tante vnctuositatis. ⁊ ideo nō generāt dolorē capi
tis aut vertigenē. ⁊ similia sicut sicce: ⁊ ratione humidi=
tatis lubrificātis laxant ventrē. et si aliquantulū torreā
tur ⁊ comedant post cibū: comprimūt cibum sumptū.
Et sic patet q̄ nuces recētes sunt magis cōueniētes cor
poribus sanis q̄ sicce. Tercia est ruta. de qua dicit aui=
cenna secūdo canonis. cap̄. de ea q̄ resistit venenis. Et
postea subiūgit. Et bibat qui sibi timet ne ī potu sumat
venenū ⁊ pungi a venenosis de semīe eius pondus .ʒ.i.
cū foliis suis cum vino. et ꝓprie si bibit cum nuce ⁊ bo=
lo oībus cōtritis ⁊ cōmixtis. Et dicit aristoteles ī de aīa
libus q̄ cū mustella vult pugnare cū serpente siue cum
buffone ipsa comedit rutā vt interficiat eum quia odor
rute ē inimicus veneno. vnde comestio rute cū ficubus ⁊
amigdalis dulcibus ī mane ꝑseruat a veneno. Notādū
circa istud q̄ duplex est ruta. quedā domestica ⁊ alia sil
uestris. Domestica melior siluestri est. q̄a siluestris ⁊ ma=
xime sicca calida ⁊ sicca est ī quarto gradu. quare pluri
mū sumere de ea est ꝑniciosū. Domestica vero humida
calida ⁊ sicca est ī secūdo gradu. sicca vero in tercio. Et
est incisiua resolutiua carmīatiua ventositatū. ⁊ istō ma
xime cōuenit sicce. Nam dicit serapion. cap̄. de ea. q̄ est
de rebus magis cōferētibus inflationib⁹. idest vētosita=
tibus: sed ī humida ē inflatio. Itē ruta vehemēter acuit
visum: ⁊ ꝓprie succus eius cū succo feniculi ⁊ melle col
lirio facto ex ea/aut comesta. vt dicit auicēna secūdo ca
nonis. cap̄. de ea. Quia tamē in succo rute quedā ē bau=
racitas nocens oculo. ideo ruta pōt applicari oculo vē=
tilando: ita q̄ solū vapor siue fumalis euaporatio eius:
et nō substātia rute ad substantiā oculi ꝑtingat. Quar=
ta est pira. de q̄bus dicit auicēna scd̄o canonis. ca. de eis
q̄ sūt cura fūgoꝝ mortificātiū. Et q̄n coquūt isti fūgi cū
piris: minorat nocumētū ipsoꝝ. Uel pōt iste textus veri
ficari de piris aromaticis. q̄ sui aromaticitate sp̄s ꝯfor=
tarēt. ⁊ sic nocumētū veneni repellerēt. Quīta ē rapha=
n⁹ de q° dicit auicēna scd̄ō canoīs ca. d̄ eo q̄ ꝯfert morsui

vipere:et cũ vino morsui cornute etiã. Et semen eius cõfert venenis ꝛ vermibus venenosis. Et si ponat frustrũ eius sup scorpionẽ/moritur: ꝛ aqua eius est experta ĩ hoc. et est fortior. Et si momorderit aliquẽ scorpio q̃ raphanũ comederit/nõ nocebit ei. Et confert etiã prefocationẽ que fit a fungis mortiferis. Uel potest dici ꝙ raphanus valet contra venenũ: quia ꝓuocatiuus est vomitus et sic per vomitũ stomachus purgat a malis humoribꝰ si qui in eo sint. Et circa istud sciendũ est de raphano de radice que sunt propinqua in cõplexione ꝙ nocent corporibus colericis. generãt enĩ sanguinẽ acutum ꝛ pũgitiuũ. et raphanus est malus stomacho/faciẽs eructuare. et generat humorem grossum. Et si digestiua sit debilis/generat humorẽ crudum. habet tamẽ virtutẽ subtiliatiuã et incisiuã. Quidã autẽ comedũt radicẽ ꝛ raphanũ post alios cibos/ ad confortandũ digestionẽ de quo admiratur Galienus. Unde verũ est quod experientia docet. Et dicũt sapientes medici/ꝙ si comedãtur post aliũ cibum: iuuant ad digestionẽ ꝛ descensum eius et ventrẽ laxant. sed si comedãtur ante alium cibũ: impellunt cibum ad supiora: ꝛ vomitũ inducunt. Bonũ est autẽ ꝙ comedãtur cum aceto et sale post alios cibos: et in pauca q̃titate. Uerũ est tamen ꝙ oculis nocẽt et capiti. Rasis vero tercio almasoris dicit ꝙ raphanus longã faciendo morã in stomacho incidit fleuma cuius folia cibum digerunt: et appetitiuã adiuuant quãdo parũ sumitur de eis. Sexta est tyriaca: que a toto genere valet contra venenũ. et ideo valet tam rationabilibus q̃ brutis contra venenũ tam frigidũ q̃ calidum. Et sub tyriaca põt cõprehendi metridatũ: quod simile operat. De tyriaca enĩ dicit auicenna. sexta quarti. tractatu tercio. cap. primo. Scias ꝙ canon maximus ĩ curatione veneni est cõfortatio caloris innati et excitatio ipsius ad expellendũ sicut facit tyriaca. De tyriaca vero ꝛ metridato simul dicit Auicenna. sexta quarti. tractatu primo. cap. de medicinis cõmunibus ad venena. Sunt medicine que cõtra

rie sunt veneno. quare nõ permittũt ipsum puenire ad cor: ⁊ sunt sicut tyriaca ⁊ metridatum

¶ Textus.

¶ Aer sit mundus habitabilis ac luminosus
Nec sic infectus nec olens fetore cloace.

¶ Cõmentum

¶ In hoc textu notant̃ quatuor circa electionẽ aeris habitabilis. quoꝝ primũ est ꝙ homo debet eligere aerem mundũ. i. nõ infectũ vaporibus. q̃a aer ĩmundus alterat cor secundũ cõplexionẽ illius qꝺ sibi cõmiscet̃. sicut innuit Haly. tercia tegni. in cõmento illius canonis. Oia hec enĩ. ⁊c. Secundũ est ꝙ homo debꝫ eligere aerẽ luminosũ. Aer enĩ turbidus inducit in corpore tristiciã ⁊ pigriciẽ. q̃a aer turbatus cõmiscet humores: ⁊ turbidꝰ ad cor peruenit: quare ex ipso ⁊ humoribus grossi ⁊ turbidi generant̃ spũs: aĩam tristificãtes. ⁊ pigriciẽ inducentes. Nichil est ergo quod magis iocundũ facit hominez atq͛ minus grauẽ q̃ꝫ in claro aere ãbulare vel mane surgere. Terciũ est ꝙ homo debet vitare aerem infectũ: cuiusmodi est aer in quo fiũt strages. Cõmuniter enĩ in locis in q̃bus precessit maxima hoĩm interfectio sequitur pestis: ⁊ in locis vicinis. Aer enĩ infectus quãdo inspiratur inficit spũs in nostro corpore. Quartũ est ꝙ homo debet vitare fetorẽ cloace. et per hoc innuũtur infectiones particulares aeris. cuiusmodi est infectio aeris latrinarũ vel fouearũ coquine vel locoꝝ in q̃bus proiciunt̃ cadauera mortua ⁊ ossa mortuorũ ⁊ aeris vicini aque in qua putrescit linũ vel canapis. Aer enĩ taliter infectus inficit spũs nostri corporis ⁊ maxime cerebro nocet. Et hinc est ꝙ dicit Auicẽna. scđa primi. doctrina secũda. cap. scđo. Et aer quidẽ dũ est tẽperatus ⁊ clarus neq͛ substantia extranea cõplexioni spũs cõtraria ei admiscetur est sanitatẽ efficiens et ipsam cõseruans. et cũ mutatur contrariũ sue op̃ationis operat̃. Et pro maiori declaratiõe p̃dictoꝝ sciendũ est ꝙ aer necessarius est ĩ regimĩe sanitatis duplicit̃. Primo q̃dẽ ꝓpter refrigera

tionē cordis. Scdo ꝓpter expulsionē fumosarū superfluitatū tribulantiū spm ꝛ calorē innatū. sicut eni exterioribus nos videmus ꝙ ignis sine euētatiōe aeris suffocat ꝛ extinguit. sic etiā imaginari debemꝰ ꝙ spūs ꝛ calor innatus indigēt aere ipsū nutriēte ꝯseruāte ꝛ obtēperāte. Obtēperatio igit caloris innati fit per aeris attractionē. ꝛ eius depuratio fit per aeris expulsionē. Primū quidē fit per motū attractiōis. et scdm per motū expulsionis. Si igit aer attractus sit fetidus ꝛ īpurus corrūpit calor ꝛ spūs innatus. Aer igit debet esse bone substātie cui nō admisceat aliqd ex vaporibus nec fumositate extranea. Non eni debet esse aer turbidus nec nebulosus: nec malis vaporibꝰ admixtus. hic eni aer humores cōturbat ꝛ aīam cōtristat. vt dictū est. Et debet esse discoopertus celo: ꝛ nō inter parietes ꝛ tecta cōstrictus: ꝛ vt sit ad vnū dicere maxime euitādus est aer īclusus ꝛ nō euētatus. Verū ē tñ ꝙ tēpore epidimie ī quo accidit aeris putrefactio cōis eligēdus est aer īclusus. Unde temporibꝰ illis bonū est manere ī domibus ꝛ tenere fenestras clausas ne aer putrefactus ingrediat. sꝫ alias aer discoopertus melior existit. Euitādus est pterea in regimie sanitatis aer cui misceant vapores lacuū ꝛ ꝓfunditatum aquā putridā cōtinentiū ꝛ olerū taliū: qualia sunt caules ꝛ eruca ꝛ similia. ꝛ arborū viscosarū malaꝝ quales sūt ficus ꝛ nuces. Amplius eligēdus ē aer ī quo sufflant vēti ex terra alta vel equali. Et multū etiā sollicitari debemꝰ ꝙ aer nō excedat ī aliqua qualitatū primarū. s. caliditate/frigiditate/huiditate/ꝛ siccitate. quod si forsan ꝯtigerit obtemperet per artē quā tñ possibile est. Et ista colligunt ab auicēna. scdā primi. doctrina secunda. cap. diuersis.

¶ Textus

¶ Si tibi serotina noceat potatio vina
Hora matutina rebibas: ꝛ erit medicina.

¶ Cōmentum

¶ In hoc textu ponit vnū documentū. ꝛ ē ꝙ si quis malevaluerit ex sūptione vini de nocte siue tēpore serotino

talis in crastino debet iterato sumere vinũ. Unde pota tio vini nocturna potest ĩducere ebrietatẽ siue sitim ma tutinã. vel potest inducere supcalefactionẽ corporis. Si vero inducat supcalefactionẽ corporis: tũc maximus er ror est de mane iterũ sumere vinũ. quia est addere ignẽ igni. Si vero homo incurrat ebrietatẽ cũ aliquali nau- sea. tunc de mane bonũ est sumere vinũ. quia ex sũptio- ne vini de facili: tunc prouocat vomitus. ex quo sequit mũdificatio stomachi. qua mundificatiõe facta de facili cessat nocumentũ ebrietatis et nausea. Et ppterea con- sulit ypocras semel in mense inebriari: vt ex ebrietate p uocetur vomitus qui est maxime pseruatiuus ab egritu dinib⁹ cronicis. idest longis ⁊ malis. Si etiã ex potatio ne vini nocturna ledatur aliquis. ⁊ hoc ppter inconsue tudinẽ potandi vinũ. tunc de mane potest cõcedi vinũ vt assuescat. ⁊ sic minus leditur a sũptione vini. A con- sueto enĩ minor fit lesio. vt vult ypocras secũda ampho rismorũ: ibi. Ex multo tẽpore consueta. ⁊c. Si vero ex po tatione vini nocturna sequat sitis matutina: illa ẽ men dosa que curatur potatione vini. magis tamẽ sedat po- tatione aque. Et quia iam dictũ est de lesione ex sump- tione vini Sciendũ est q homo debilis cerebri ⁊ etiam cuiuscunq alterius cõditionis sũmopere cauere debet a frequẽti ebrietate. Frequens enĩ ebrietas scdm auicen nã. tercia primi. cap. de regimĩe aque et vini / inducit sex incõmoda in corpore humano. Quorũ primũ est corru ptio cõplexionis epatis. qa vinũ superflue bibitum ad epar veniens vel supflue resoluit calorem ipsius. vnde amittit virtutẽ sanguificã. et loco sanguinis generat a- quositates efficientes ydropisim: vel incendit epar ⁊ hu mores eius vnde generat lepra vel mania. Scdm ẽ cor ruptio cõplexionis cerebri ppter assiduã eleuationẽ fu morum. vini ad ipsum disponentiũ calidum cerebrum manie et frenesi et frigidum epilentie / litargie / appople xie / et subeth. Tercium est debilitas neruorum. Uidem⁹ enĩ bibulos inebriari solitos tremere caput ⁊ mẽbra nõ

solum in senio: sed etiã in senectute et iuuẽtute quãdoq͡ꝫ
Quartũ est egritudines neruoꝝ: sicut spasmus ⁊ paralisis/quia vinũ sup̄flue acceptum sepe in stomacho acetũ efficit̃ quod valde nocet neruis. Sepe quoq͡ꝫ conuertit̃ ex defectu digestionis,i aquositates indigestas que neruos remolliũt. Et sepe ducit hũores grossos ad neruos q̄bus distendunt̃ vel contrahunt̃. Quintũ est appoplexia ꝓpter huiditates cerebri multiplicatas a vino/ ita vt totaliter opilent vias spirituũ animaliũ a cerebro in mẽbra. Sextũ est mors subitanea/dũ scilꝫ stertẽdo ⁊ dormiendo vie anhelitus multitudĩe vini vel humiditatũ ex eo generatarũ claudunt̃ ⁊ ebrius suffocat̃. Et licet vinũ ĩmoderate sumptũ p̄dicta inducat nocumẽta. moderate tamen sumptũ multũ inducit iuuamẽta. Tãgit eni Auicẽna. cap̄. preallegato quinq͡ꝫ eius iuuamẽta. Primũ est ꝙ est bonus cibi penetrator in toto corpore. idest facilem efficit penetrationẽ cibi cui ĩmiscetur ad om̄ia mẽbra suis calore subtilitate ⁊ conuenientia in ꝓprietate occulta. Secundũ est ꝙ incidit fleuma: ⁊ hoc suis calore et subtilitate substantie ⁊ resoluit ipsum. ipsũ coaptãdo expulsioni: vias aperiendo: ⁊ naturã confortãdo ad expulsionẽ. Terciũ est ꝙ educit coleram rubeã in vrina et aliis euacuationibus: vt sudore egestione ⁊ resolutione insensibili. Et istud intelligendũ est de vino subtili sub rubeo vel albo quod vel debile sit ex natura sui vel fortiter limphatũ. Alioq̄n multiplicaret coleram per conuersionẽ ipsius in eam ⁊ sup̄calefactionẽ epatis ab eo.
Quartũ ẽ ꝙ facit melancoliã que grossa est ⁊ tardi motus faciliter labi per canales ꝓprios ab epate ad splenẽ et a splene ad os stomachi ⁊ tandẽ a corpore cũ fecibus exire ⁊ flectit seu reprimit nocumẽtũ melancolie ꝓpter ꝯtrarietatẽ i cõplexione ⁊ modo substãtie ⁊ ĩ effectibus Nã melãcolia tristitiã pusillanimitatẽ ⁊ auariciã parit. Vinũ vero gaudiũ/audaciã/magnanimitatẽ ⁊ liberalitatẽ. Quintũ est ꝙ resoluit om̄s modos seu species lassitudinis: nisi multa caliditas extranea fuerit eis sociata

quia vinũ resolutos spũs abunde reparat/virtutẽ confortat/humiditates relictas ĩ musculis neruis cordis et iũcturis tollit aut minuit. Et si fuerit opus humectatio vt in lassitudine arefactiua vinũ velociter humectat dũ modo limphetur. Preter autẽ ista iuuamenta plurima alia inducit. Oĩm enĩ velociter ꝛ subito nutrimentũ est vinũ/calorẽ et spiritũ naturalẽ confortat: ꝛ totũ corpus calefacit. ingeniũ clarificat/irã compescit/tristitiã remouet/libidinẽ incitat. Et sup omẽs potus semicrudos humores digerit. Et vt sit ad vnum dicere vinũ reddit hominẽ virilem: et scd̃m aĩam ꝛ scd̃m corpus. vnd̃ ceteris paribus non bibentes vinũ sunt effemĩati: respectu vinum bibentium.

Textus.

Signit et humores melius vinũ meliores
Si fuerit nigrum corpus reddit tibi pigrum
Uinũ sit clarumq̃ʒ vetus subtile maturum.
Ac bene limphatum saliens moderamine sumptum

Cõmentum.

Hic primo ponit̃ vnũ documẽtũ de vino. Et ẽ q̄ vinũ melius: meliores gñat hũores. Et causa ẽ q̄a q̄to massa morũ est melior: tãto humores ex ea geniti: meliores esse debent. Deinde subditur q̄ vinũ nigrũ inducit pigriciã in corpore. Et causa est quia vinũ nigrũ grossius ꝛ terrestrius est reliquis. ergo spũs ab eo geniti grossi sunt. Juxta illã auctoritatẽ Galieni prius allegatã. Quicq̄d de aliqua re dissoluit̃ ei vnde dissoluit̃: necesse est vt assimilet̃. Spũs autẽ grossi faciũt corpus graue siue pigrũ Deinde ponũtur septem documẽta circa electionẽ vini. Primũ est q̄ debet eligi vinũ clarũ. Tale enĩ quia subtile est spũs subtiles ꝛ claros generat. Scd̃m est q̄ debet esse vetus. idest nõ nouũ. Nouũ enĩ vinũ siue mustũ ceteris paribus facilius inebriat. fluxũ ventris ꝓuocat: atq̃ʒ colicã inducit: ꝛ cetera accidẽtia posterius dicẽda: ibi Impedit vrinam. Nec est intelligendũ q̄ vinũ debet esse oĩno vetus. tale enĩ scd̃m auicẽna. tercia primi. ca. de re

gimīe aque ⁊ vini.est quasi medicina:⁊ nō sicut potus. idest magis inest ei virtus alteratiua corporis ad calidi tatē⁊ siccitatē ꝙ vtus alterabilitatis a corpore per opus nutritionis:⁊ est pauci nutrimēti.quia est spoliatū a fece ⁊ viriditate quā prehabuit:⁊ pene igneū factū ꝓpter quod in aggregatore scribit. cap.de vite autori tate galieni/ꝙ est calidū ⁊ siccum in tercio gradu. Terciū estꝙ vinū debꝫ esse subtile. Subtile enī vinū multos spūs ꝓcreat/atq; subtiles.grossum autē/grossos. Quartū est ꝙ vinū debet esse maturū ⁊ nō stipticū . Uinū enī stipticū abscindit oēs species euacuationis.vt vult Galienus ī cōmento illius canonis tercie particule regiminis acutoꝝ Sciendū etiā.⁊c.et ergo nocet corporibus indigētibus euacuatiōe per vrinā ⁊ omibus mēbris supioribus. vt ibidē etiā dicit Galienus.Uerū est tamen ꝙvinū stipticum conueniēs est infirmitatibus accidētibus in intestinis.vt ibidē dicit Galienus.⁊ etiā supius dictū est . Remouet tamen stipticitas a vino per multā cōmixtionē aque.vt ibidē etiā vult Galienus.Quintū est ꝙvinū debet esse limphatū.qa per hoc remittit vinū a sua fumositate.⁊ sic minus inebriat.Et istud verū est devino subtili.Uinū tamē grossum si limphet citius inebriat: quia per hoc subtiliat:et magis fumosum efficitur.Et de isto vino ītellexit auicē.qn̄ dicit tercia primi.cap.de regimīe aque ⁊ vini/ꝙvinū limphatū citius inebriat ꝙvinū purum.Sextū ē ꝙ vinū debet esse saliens cū propinat. ⁊ ē vna de ꝯditionibus boni vini prius dictis.Septimū est sumptū ex ꝯditione bibētis⁊ nō vini.⁊ ē ꝙvinū debꝫ tēperate sumi:qa tēperate sumptū acuit ingeniū ⁊ inducit iuuamēta prius narrata.Ex p̄dictis oībus ꝯcludi potest ꝙvinū eligibilius ⁊ melius in sanitatis regimīe vinū mediū seu equale inter vetustatē ⁊ nouitatem.⁊ ē clarum ad rubedinē trahens/bonū habens odorē ⁊ equalis saporis qd nec acre nec acutū nec dulce sit. quod nō fumosū nec grossum necvalde subtile:sed ad subtilitatē declinās.quod etiā inter fortitudinē ⁊ debilitatem obti

net mediocritatē. quod etiā nō creuit in saxosis ꝛ lapidosis mōtibus: nec in terra simpliciter plana ꝛ arabili: sed in terra mōtuosa versus meridiē discooperata: ꝛ in regione nō nimis calida: nec nimis frigida. Et ista partim colligūtur ex Auicēna tercia primi. loco ꝓallegato. Circa regimen vini quo ad etates notande sūt tres regule quas ponit auicēna. tercia primi. loco preallegato. Prima est ꝙ dare vinū pueris in potu est sicut ignē addere igni in lignis debilibus. eo ꝙ pueri vehemēter rari sunt/ ꝛ de facili inflāmabiles ꝓpter abundantiā sui caloris innati. et sunt debiliū neruoꝝ ꝛ debilis cerebri. quare ledit eos multipliciter vinū/ ꝛ inflatione facili/ ꝛ ꝑcussione cerebri: ꝛ neruoꝝ sua penetratione facilima/ et effumatione copiosa. Cum igit̄ pueris vinū ī potu datur calor eius inflāmabilis calori pueri inflāmabili additur in corpore pueri quod est pauce resistētie: sicut debile lignū vel arūdo sicca vel stipula arida ante faciem ignis. Secūda regula est ꝙ seni potest dari vinū ī potu q̄tum tollerare potest sine nocumēto scilꝫ q̄tum appetit appetitu naturali ꝛ regulato. Sicut eni veteres ocree aride ꝛ rugate renouātur: oleo leniūtur ꝛ applanātur. sic corpora senū potu vini electi sicut vini beluēsis. Senes eni frigidi sunt ꝛ a vino calefiūt: ꝛ habent spiritum tristem: ꝛ abundāt in melācoliis. sed vinū exhilarat eos ꝛ melancolias reprimit/ cōmuniter male dormiūt. vinū vero ꝓuocat in eis somnū. Ad opilationes proni sunt quas vinū aperit ꝛ eas ꝓhibet. Et sic sicut vinū est pueris contrarissimū: ita senibus vtilissimū. Tercia est ꝙ vinū temperate dandū est iuuenibus. temperate quidē secundū mensurā q̄titatiuā: ꝛ decentē limphationē. Licet eni iuuenes sunt calidi sicut pueri: tamen habent membra solidiora nerues ꝛ cerebrū fortes: q̄bus potēter resistunt nocumētis potu vini. Consequūtur etiā ex potu vini sobrie sumpti iuuamēta plurima videlꝫ eductionē colere corporale. robur ꝛ ingenii acumen: abundantiaꝫ spirituum subtilium et paruorum.

Textus

Non sit acetosa ceruisia sed bene clara
De validis cocta granis satis ac veterata.

Cōmentum.

In isto textu ponūtur quinq; circa electionē ceruisie. Quoꝝ primū est ꝙ debet eligi ceruisia nō acetosa:quia acetosa nocet stomacho. Acetū enī nocet neruis.secund auicē.ī pluribus passibus. Jam stomachus est membrū valde neruosū.ꝛ hoc quo ad eius orificiū . Scdm est ꝙ ceruisia debꝫ esse clara .quia turbida opilat atq; caculosis nocet nimiū inpiguat ac inflationē.inducit. atq; breuitatē anhelitus.ꝛ ē multoꝝ fleumatū gñatiua. Terciū est ꝙ debet eligi ceruisia de bonis granis nō corruptis. scilꝫ de optimo ordeo/tritico:siue auena. ꝗa q̄to grana sūt meliora:melior ex eis generaꝛ humor. Quartū est ꝙ ceruisia debet esse bene cocta.ꝗa melius digeriꝛ ꝛ amicabilius a natura recipiꝛ:ꝛ nocumēta que proueniūt ex bibitione eius melius tolleranꝛ. Ceruisia enī nō bene cocta/vētositates ī ventre inducit torcionē/inflationē atq; colicā. Quintū est ꝙ ceruisia debet esse antiqua: ꝛ a fecibus mūdata.nō nimiū recens. Recens enī ceruisia īducit eadē nocumēta:que ceruisia nō bene cocta. ꝛ cū hoc de se facilime inducit stranguriam

Textus.

De qua potetur stomachus nō inde grauetur .

Cōmentum.

Hic poniꝛ vnū documentū circa vsum ceruisie. ꝛ ē ꝙ vtens ceruisia debet ea vti tēperate/sic ꝙ nō graueꝛ stomachus vel inducaꝛ ebrietas. Ebrietas enī que ex ceruisia ꝓuenit deterior est ea que exvino est ꝛ magis durās cū ex ceruisia fumi ꝛvapores eleuati ad caput sūt grossi quare minus resolubiles sūt q̄ qui ex vino eleuanꝛ. Et ē hic sciendū ꝙ ī principio prandii vel cene ceteris paribus vtilius ē incipe suū potū a ceruisia q̄ a vino. Cuiꝰ causa ē ꝗa ī principio mēse corpus est famelicū .ꝛ sic stomachus ante principiū sumptionis cibi famelicus erat

ꝛ sic traxit sugfluitates a mẽbris. Si gͦ vinū ī principio mẽse daretur ex quo natura maxime trahit vinū. qꝛ de se maxime nutritiuū ille sugfluitates scilicꝫ a stomacho tracte simul cū vino ad partes corporis traherent. sed natura nō ita auide trahit ceruisiā. Similiter ceruisia lauat hūores adherẽtes orificio stomachi. Et ꝑpter illā causā medici consulant ꝙ ī maxima fame debeat prius prouocari vomitus ꝙ̃ cibus sumat / vt ille sugfluitates a stomacho famelico tracte euacuet ne cōmisceant cum chilo. Similiter timẽs sitim ex nimia potatiōe vini debet bibere ceruisiā. Ipsa eni sitim mendosam reprimit.

Textus.

Temporibus veris modicū prandere iuberis.
Sed calor estatis dapibus nocet īmoderatis
Autumni fructus caueas ne sint tibi luctus
De mensa sume ꝙ̃tum vis tempore brume

Cōmentum

In hoc passu determinat de ꝙ̃titate cibi sumẽdi secūdū diuersitatẽ tempoꝝ quatuor āni. que sūt ver / estas / autūnus ꝛ hyems. Et dicit textus primo ꝙ tp̄e veris debemus modicū prandere. i. paucū sumere cibū. Et idem vult auic. scd̄a primi. doctrina scd̄a. cap̄. vi. ꝛ tercia primi. docēna qnta. cap̄. de regimīe tempoꝝ cū rectificatione aeris. Et rō huiꝰ ē vt ibidē etiā vult auic. qꝛ tp̄e hyemis ꝑpter gulositatē / exercitii paruitatē / ꝛ resolutionis prohibitionē multiplicant huores crudi. ꝛ maxime fleumatici qui ꝑpter ꝑporcionalitatē tēporis tūc maxime generant. ꝛ isti ī interioribꝰ corporis quoadunant propter frigus circūstans. Ver aūt superueniens istos humores crudos ī interioribus quoadunatos eliquat: ꝛ facit eos currere per totū corpus. quare natura tūc multū occupat circa digestionē eoꝝ. Si gͦ tp̄e veris daretur magna ꝙ̃titas cibi natura a digestione taliū humoꝝ fleumaticorū impediret ꝛ diuerteret. qꝛ per istos humores et magnā ꝙ̃titatem ciborū nimiū grauaret. Et sic tales humores in corpore manerent indigesti. ꝛ currẽtes ad

aliquod membrū illic egritudinē induceret. Et ergo sūmopere cauere debemus a magna q̄ntitate ciboꝝ i vere q̄a diminutio ciboꝝ tali tēpore est vnū de maxime p̄seruātibus ab egritudinibus veris. vt vult auic. scd̄a primi loco preallegato. Et istud quod dictū est maxime veritatē habet de medio ⁊ fine veris: ⁊ nō de initio eius. quia iniciū eius hyemi assimilat̄. quare tūc homo p̄ōt nutriri sicut i hyeme. Et istud etiā intelligendū est quādo ver īuenit corpus repletū humorib⁹ fleumaticis crudis. Si enī ver īueniat corpus temperatū in humorib⁹ cibus i eo dandus est scd̄m mensurā caloris innati: ⁊ resolutionē que fit a corpore q̄a tūc ablata est causa: quare diminueret̄ cibus. Et istud voluit ypoc. prima āphorismorū. dū dixit. Uentres hyeme ⁊ vere calidissimi sūt natura ⁊ somni longissimi. Jn his igit̄ tēporibus oblationes plures dande sunt. etenī innatus calor est multus nutrimēto: igit̄, indigent ampliori. Scd̄o dicit q̄ nimia sumptio cibi nocet in estate. Cuius causa est q̄a tūc tēporis digestiua virtus ē debilis/ cū sp̄ūs ⁊ calor īnatus qui sūt instrumentū virtutū multū sunt debiles sparsi ⁊ resoluti propter calorē extrinsecū vehementē trahentē eos ad exteriora: ⁊ ergo multus cibus non posset digeri. Et circa istud sciendū est q̄ p̄pter vehementiā resolutiōis humiditatū tā substantialiū q̄ nutrimētaliū corporis ī estiuo tp̄e grossior ⁊ maior cibus exhibēdus esset si v̄tus sufficeret ad digerend̄ talē ⁊ tm̄. s3 q̄a nō sufficit vna vice multū digerere cibū: parū ⁊ sepe de eo dandū ē. Juxta illud Galieni prima āphorismoꝝ ꝯmēto illi⁹ canoīs Et q̄bus semel aut bis dicētis. Jn estate cib⁹ multotiēs erit dādus et paꝝ multotiēs q̄a īdiget p̄pter sepissimā dissolutionē parū p̄pter v̄tutis defectionē. Et licet in estate parū de cibo sit dandū: multū tñ de potu p̄ōt dari/ cū tunc resolutio maxima fiat ⁊ desiccatio corporis: ⁊ eleuatio caloris sup humidū ⁊ plus sitiat homo q̄ alio tp̄e. Uerū est tñ q̄ potus vini ⁊ p̄cipue vinosi puri minuendus est: q̄a tale vinū ē faciliter īflāmabile ⁊ calorē iā acutū estuuio

lento excandescere facit. ꝛ gº si bibatur vinū miscēda est multa aqua: ꝛ dimittatꝰ vinū vetus ꝛ forte. Tercio dicit ꝙ i autumno debemꝰ cauere a fructibꝰ/saltē illius tēporis. vt vuis/persicis/ficubus. ꝛ similibꝰ. vel saltē nō multū de eis comedē: qa tales fructus generāt sanguinē dispositū ad putrefactionē ꝑpter ebullitionē: quā in corpore ꝛ humoribꝰ faciūt. ꝛ maxime si fuerint i stomacho imundo/vel in cacochimico corpore recepti: quale corpus i autumno sepius occurrit. Et sic male tūc accidūt egritudines scilꝫ variole morbilli ꝛ pestilētes. Pro maiori tñ noticia regimis cibi ꝛ potus tēpore autūni sciendū est ꝙ tēpore autumni debet euitari fames ꝛ sitis ꝛ repletio multi cibi in vna hora. vt vult rasis quarto almasoris. cap̄. de regimine corporis scōm tēpora. Vinū preterea quod bibitꝰ tēpore autumni vehemēter est limphādū/vt corpus humectet et calorē reprimat. sed nō superflue debet limphari intantū q̄tum i estate neqꝫ supflue debet tūc bibi: quia tūc natura debilitata nō sufficēt ipsum regere ꝛ digerere ꝛ nimis limphatū: calorē obtūderet ꝛ multiplicaret vētositates / quibus colica generari posset Quarto dicit ꝙ tēpore hyemali debemus sumere cibū tantū q̄tum volumus. idest plus q̄ cetis tēporibus Et idē vult auicēna. tercia primi. loco pallegato. Et galienus in cōmento illius āphorismi prime particule amphorismoꝝ. Et q̄bus semel aut bis vbi dicit. In hyeme multus cibus ꝛ paulatim est dādus. Et ratio huius est q̄a calor nostri corporis i hyeme ē fortissimus/tū q̄a vnitus. tū q̄a fortificatus per ātiparistasim. idest iuxta positionē sui cōtrarii/ videlꝫ frigiditas aeris nostra corpora circūdantis. Et istud verū est i corporibus robustis ꝛ carnosis. et nō in raris ꝛ debilibus q̄a in talibus corporibus frigus intensum hyemis nō cofortat calorē sꝫ magis debilitat. Et istud inuit ypocras prima amphorismoꝝ dicens. Ventres hyeme ꝛ vere calidissimi sūt natura ꝛ soni lōgissimi. In his gº tpibus oblatōes plures dāde sūt eteni innatꝰ calor ē multꝰ. nutrimēto igitꝰ āpliori

indigēt. Et ex isto etiā sequitꝫ ꝙ nutrimenta grossiora et durioris digestiōis conueniūt hyeme ꝙ̄ aliis tpibus: qa calor ē fortior. Uinū aūt quo vtendū ē hoc tpe deb3 esse roseū nō albū cū aqua pauca. Notandū hic ꝙ licet cō sideratiōe habita ad fortitudinē caloris ꝛ digestiue v̓tu-tis i hyeme grossiores ꝛ dēsiores cibi cōueniant. quia tū corpora tūc disposita sūt ad opilatiōēs ꝛ repletiones ex fleumate plurimo. nec ab eis resolutio multa fit a cōti-nēte tutius ē vti. tūc mediocrib⁹ cibis īter solidū ꝛ rarū grossū ꝛ subtile sicut carnibus edi vituli mutonis luciis percis ꝛ cancris. Et vtentib⁹ grossioribus cibis vt boue porco/ceruo/conchis/ostreis/carpis/ꝛ similib⁹ expedit vt vnica comestione in die contententꝫ vel vtantꝫ sepe re bus diureticis ꝛ aperitiuis vt petrosilino nasturtio apio et similibus. et forti vtantur exercitio.

Textus.

Saluia cum ruta faciunt tibi pocula tuta
Adde rose florem minuit potenter amorem.

Cōmentum

In hoc passu ponuntꝫ duo remedia corrigētia potum malū: Quoꝝ primū est/saluia. cui⁹ folia imposita potui corrigūt maliciā potus/sua ꝓprietate. ꝛ etiā i se habent virtutē ꝯfortandi neruos ꝛ cerebrū: q̄bus ꝯfortatis meli⁹ resistūt malis fumis recipiēdis qui ꝓueniūt ex malo po tu. Scdm est ruta cui⁹ etiā folia integra absqꝫ coꝝ alia cōtritione debēt potui imponi: qa sua caliditate ꝛ ꝓprie tate corrigūt maliciā potus. Et de ruta quomō valet cō tra venenū prius dictū est ibi. Allea nux ruta. Postea subdit textus ꝙ istis duobus p̄dictis potest addi flos ro se. Et hoc maxime debet intelligi de rosa rubea que sua aromaticitate existente in eius superficie: ꝛ similiter sua stipticitate corrigit maliciam potus.

Textus

Nausea non poterit quemꝙ̄ vexare marina
Antea cū vino mixtam si sumpserit illam

Cōmentum

Jn hoc textu ponit vnū remediū ꝯtra nauseā siue vomitū, ꝓueniētes trāsfretātibus nō cōsuetis dicēs ꝙ ille q̄ debet trāsfretari anteꝙ̄ nauē itret: deb; aliq̄bus diebus miscē aquā marinā suo vino. Et istud ē remediū pro diuitibꝰ. Q; si pauꝑ fuerit deb; potare aquā marinā vt facilꝰ nauseā euitet. Et cā huiꝰ ē q̄a aqua maris salsedinē habet: ꝛ sic sua salcedine ꝛ stipticitate q̄ cōsequit salsedinē orificiū claudit: ꝛ ꝑ hᵒ vomitus ipedit. Et circa istō ē notanō ꝙ sicut vult auic. tercia primi. ca. de regimie iter agētis i mari/viator i mari nō deb; multū conari retinere vel compescē a principio nauseā vel vomitū: sed dimittat vomitus ipsius cōtinuari: donec per ipsū fuerit bene purgatus. hoc enī ꝓseruat a multis egritudinibꝰ: ꝛ nedū ꝓseruat/imo etiā curat vel alleuiat graues ꝛ magnas egritudies. vt leprā/ydropisim/appopleriā/frigiditatē stomachi: ꝛ eiꝰ inflationē. ꝓut vult auic. tercia primi doctrina scōa. c. scōo. Si tñ vomitꝰ viatoris i mari supfluxerit sic ꝙ vehemēter debilitet ipsū restringendꝰ ē comestiōe fructuū stipticoꝝ ꝛ acetosoꝝ: sicut sūt citonia ꝛ maciana acetosa vel poma de capēduto ꝛ mala granata acetosa q̄bus orificiū stomachi ꝯfortatū depellit hūores inferiꝰ. ꝛ stomachꝰ etiā ꝯfortatus ab his hūores repellit effluētes ad eū ex agitatiōe ab vndis. Vel pōt semen apii torrefactū bibi cū vino vel absintiū pōt comedi aut bibi et simili panis assatꝰ ꝛ ifusus ivino bene redolēte comestus valet ad idē. Et vniuersaliter valet nutritio viatoris in mari ex cibis acetosis confortātibus os stomachi: et prohibētibus vapores: ꝛ fumos ascendere ad caput. sicut sunt lentes cocte in aceto vel in succo vue acerbe.

Textus

Saluia/sal/vinū/piper/allea/petrosilinum
Ex his fit salsa: nisi sit cōmixtio falsa.

Cōmentum

Jn hoc textu ponit modꝰ faciēdi salsamētū cōmune si i mēsa deficiāt salsamēta spālia. Et pro illo ponunt q̄nq; ex q̄bus pōt fieri salsamentū. Primū ē saluia qua fit

ↄdimentū i assatiōe auce siue decoctione. Uniuersaliter enī auce assate siue porcelli saluia implent' vt huīditates supflue siue viscositates extrahant': ꝛ odor saluie aucis aut porcellis īmaneat. Post assationē tñ saluia eici debꝫ ꝛ nō comedi. Similit' ex saluia fit ↄdimentū comestibile a rusticis vel coībus ī comestiōe auce. terūt enī alleū cū saluia ad auferendū aliqd saporis allei. Scdm ē sal cū vino. ꝛ ē salsamentū diuitū: siue nobiliū. Ipsi enī deficiē te sinapio vel veriuto ponūt ī salsario vinū cui modicū salis admiscēt. Terciū ē piper. ꝛ ē salsamentū rusticoꝝ. Cōmiscent enī piper cū fabis ꝛ pisis. Similit' etiā ex pane asso cū ceruisia vel vino ꝛ cū pipere fit salsamentū nigrū ad modū pultis qd piper dicit'. ꝛ hoc supeffundunt carnibus aut piscibus. Quartū ē alleū ex quo etiā fit salsamenta rusticoꝝ. miscent enī cū molli caseo ꝛ lacte terē do alleū: et sic comedūt cum cibo siue asso siue elixo siue salso siue dulci et cū ouis duris. Quintū ē petrosilinū ex cuiꝰ foliis cōtusis cū veriuto vel albo vino fit viridis salsa cū assis comestibilis. Et circa istud ē notand ꝙ salsamentū siue salse diuersificant' primo scdm tpa. Teporibus enī calidis declinēt salse ad frigus vel paucā caliditatē. tpibus vo frigidis/ecōuerso. Materia igit' salsarū in estate sit veriutū vel agresta de sūmitatibus vitis vel acetū/succus limonū vel citrāguloꝝ vel granatoꝝ cū zuccara ꝛ aqua rosarum. Et interdū in salsis q̄ fiūt in estate pōt addi aliquantulū serpili et petrosilini ad obtemperandū frigiditatem pdictoꝝ. Materia vero salsarū cōpetentiū tēporibus frigidis sūt cinapiū/eruca/zinziber piper/cinamomū/gariofili/allea/saluia/mēta/serpillū/ꝛ petrosilinū. vinū aqua carniū/acetum nō forte sed propinquū nature vini. Et ī tēporibus mediocribus sint mediocris caliditatis ꝛ frigiditatis. Scdo diuersificant' rōe cibarioꝝ p quibus fiūt. Nō alia ꝛ alia cibaria indigēt aliis ꝛ aliis salsis. sicut sciūt dñorū coci. Mutonū enī ꝛ similiter vituloꝝ et capreoloꝝ salsa cōueniēs ē salsa viridis. In estate quidē ex aceto ꝛ agresta cū pau

cis speciebus: et sine alleis cū petrosilino zinzibere albo et agresta/et pani asso infuso i aceto vel agresta. In hyeme fit eadē salsa cū pluribꝰ speciebꝰ et pauco alleo et optimo vino et pauca agresta: vel pōt sufficere sinapium et eruca. Salsa autē pro carnibꝰ bouinis elixis ē piper bullitū quod fit ex pipere et pane asso et aqua carniū et pauca agresta. et ista eadē salsa ē satis cōueniens carnibꝰ porcinis ī hyeme. Possūt etiā carnes porcine comedi ī estate cū aceto et petrosilino ī principio refectionis. Si aūt predicte carnes pastillent et spāliter bouine et porcine. ī hyeme quidē apponat cepe albū cū puluere specierū dulci ī parua qītitate. In estate vero sine cepis: et cū veriuto vel possunt apponi cepe parue et ī pauca qītitate. Si aūt pastillatura sit ex carnibꝰ subtilioribꝰ nō apponat cepe: sz ī estate lac amigdalarū cū veriuto/et pauco puluere specierū dulciū. et in fine potest apponi ouū cōquassatū cuz agresta. sed in hyeme loco agreste ponit vinū et plus de speciebus. Assature aūt cuniculorū et pullorū iuuenū cōueniens ē salsa ī qua est cynamomū: et mica panis cum agresta quidē in estate: et cū vino in hyeme. Assature aūt porci salsa cōueniens est liquor descendēs cōquassatus cū optimo vino: et cepis ī hyeme: et in estate viridis salsa supius nomīata. Assature autē fasianorū et columbarū et turturū nulla alia salsa indigēt nisi sale. Caponū autē et gallinarū elixatorū cōueniens salsa est aqua decoctionis eorū cū aliquātulo pulueris specierū dulciū. et pcise si in pdicta decoctiōe addat saluia/ysopus/petrosilinū. et hoc ī hyeme. et ī estate sufficit sola aqua cū aliquātulo succi sūmitatū vitis. Sz pro salsa caponū et gallinarū pinguiū pastillandorū nichil penitꝰ ē apponendū/nisi aliqītulū pulueris specierū: et ī fine agresta supradicta ī estate. optimū vinū in hyeme. Pisces vero qīto sūt grossioris carnis: et difficilioris digestionis: et maioris supfluitatis et humidioris nature: tanto indigent salsis calidioribus et acutioribus. et hoc etiā verum est in carnibus.

Textus.



Si fore vis sanus ablue sepe manus
Lotio post mensam tibi confert munera bina
Mundificat palmas: ꝛ lumina reddit acutum

Cōmentum

In hoc textu ponunt due cōmoditates ꝓuenientes ex lotione manuū post cibum sumptum. Prima est quia per hoc palme manus mūdantur. Secūda ē q̄a reddit lumīa acuta. idest ꝓdest oculis. ꝛ hoc maxime per accidēs quia manus sūt instrumēta mūdandi oculos quare multū confert eas esse mundas. Et de istis cōmoditatibus dictū est etiam prius. ibi. Lumina mane manus.

Textus.

Panis nō calidus: nec sic nimis inueteratus
Sed fermētatus. oculatus sit bene coctus.
Modice salitus: frugibus validis sit electus.
Non comedas crustam coleram quia gignit adustam
Panis salsatus. fermētatus bene coctus.
Purus sit sanus. qui non ita sit tibi vanus.

Cōmentum.

In hoc textu ponūtur duo vitanda circa electionem panis. Primū est caliditas. Non enī debet panis comedi calidus. Panis enī calidus est humane nature nociuus. Iuxta illud auic. scdo canonis. cap. de pane dicēris. Non comedatur calidus sicut est Panis enī calidus nō est apd naturā receptibilis: ꝛ acceptio eius qui ē de furno ꝛ reliquoꝝ sibi similiū est mala. Et ratio est quia talis panis multū opilat. Et postea iterū dicit auicenna. Panis calidus sitim facit sua caliditate ꝛ natat ꝓpter suā humiditatē vaporosam. ꝛ est velocis digestionis et tarde descensionis. Et q̄uis iste panis calidus nō conueniat in regimīe sanitatis quo ad esum. odor tamen panis calidi multū confert. resuscitat enī sincopisantem. et possibile est aliquos homies viuere ex odore panis calidi. Scdm est ꝙ nō debemus comedere panē diu pistum siue muscidū. quia talis panis nō est cōueniens pro nutrimēto nature humane. exsiccat enī corpus / ac hūores

68

melancolicos generat. Et ex isto relinquit quod panis non debet esse calidus nec vetustate iduratus: sed priori die coctus. Postea i textu ponunt quinque ɔditiones panis electi. Quarũ prima ẽ quod panis debet esse fermẽtatus bene Et istud vult Galienus primo alimentorum. cap. scdo dicens. Optimi autẽ panũ pro digestiõe sunt qui maxime fermẽtati: et qui assationẽ habuerũt a cõmensurato igne in clibano. Et iterũ eod cap. dicit. Quivero penitus ifer meutatus est/nulli vtilis est. Et scdm Auicẽ. scdo canonis. cap. de pane. Panis habens parũ fermẽti plurimi est nutrimẽti. sed eius nutrimentũ opilat nisi illos qui sunt plurimi exercitii. Scda est quod panis debet esse oculatus. idest perosus. et per hoc denotat quod viscositas eius est ablata. Uerũ est tñ quod iste panis scdm auicennã. loco pallegato. Uelocis est penetrationis et minoris nutrimẽti et deterioris sicut est panis opirus qui est plurimi fur furis. Tercia est quod panis debet esse bene coctus: quia panis male coctus male digestiõis est: et stomacho grauedinẽ affert. Et auicẽna scdo cononis. loco pallegato dicit. Et ille qui nõ bene decoquit est plurimi nutrimenti sed eius nutrimentũ opilat nisi illos qui sũt plurimi exercitii. Et panis de patella est huius generis: eius nanque pars interior raro decoquit bene Quarta ẽ quod panis debet esse tẽperate salitus. Nimiũ eni dulcis opilat: et nimium salsus exsiccat. Moderate tamẽ salsus optimũ nutrimentũ pbet. dum tñ cetere ɔditiones assint. Quĩta est quod sit factus ex optimis granis vim ex optimo tritico et sana messe collecto. Deinde subdit textus quod nos debemus cauere ab esu cruste panis: quia illa generat colerã adustã siue humorẽ melancolicũ: ex quo eni ipsa adusta et sicca est humor ab ea genitus adustus erit et siccus. et ppterea nobiles qui natura colerici sunt: deponere faciũt superiorem crustã panis ac inferiorẽ/ quos imitant prelati: ac deliciosi. Eligat igit mica panis/que est melioris maioris et velocioris nutrimẽti/quam crusta. Uerũ ẽ tñ quod aliquando cõuenit sanis habẽtibus stomachũ humidũ et volẽtibus

demacerari ⁊ in fine comestiois plus cōpetit. Juuat enī cibi descensū: ⁊ ꝯfortat orificiū stomachi. Postea in duobus vltimis v̓sibus īnuitur ꝙ panis bonus debet habere istas ꝗnꝗ ꝯditiones. scilꝫ ꝙ sit salitus/fermētatus bene coctus. purus. i. de mūdis granis ⁊ sanis. i. de granis sana messe colectis. Et istas ꝯditiōes partim īnuit auic. loco ꝑallegato dicēs. Oportet. vt si panis mūdus salit⁹ massam habēs ꝑfectam fermētatus coctus ⁊ vna nocte ꝑmanēs. Et circa istud ē sciendū ꝙ si queraꝶ nutritio maior ⁊ prior mūdificeꝶ panis a furfure. ⁊ si velimus ventris subductionē aliqualē dimittamus aliquaꝫ partem furfuris. furfur enī parum nutrit ⁊ ventrem subducit: et farina econuerso.

Textus.

Est caro porcina sine vino peior ouina
Si tribuis vina tunc est cibus ⁊ medicina.

Cōmentum

Jn hoc textu cōparat autor carnē porcinā carni ouine dicēs ꝙ caro porcina sine vino minus sana ē ouina. tū si caro porcina sumaꝶ cū vino ipsa ē optimū nutrimentū ⁊ medicinā ꝑbens: qa multū humectat. ⁊ hoc ītelligēdū ē maxie ō porcellis assis siue de apris optime ꝑparatis. Et circa istud ē sciendū ꝙ carnes porcine ꝗbus rustici ⁊ cōmunes vtunꝶ/qn̄ videlꝫ sūt salse vel sole vel fumo exsiccate nullo° saniores sūt carnibus ouinis ceteris paribus siue cū vino: siue sine vino sumanꝶ. Sed istud dictū veritatē habet de carnibus porcelloꝝ assatoꝝ: vel de carnibus aprinis modo predicto.

Textus.

Jlia porcoꝝ bona sunt/mala sunt reliquorum

Cōmentum.

Jn hoc textu comparātur omasa porcoꝝ omasis reliquorum brutorū. et dicit textus ꝙ omasa porcorum. idest intestina ꝑualent quo ad esum intestinis aliorum brutorum. Cuius ratio potest esse ista: quia pauca intestina comedimus / nisi illa que replentur sanguine.

vel que sunt aīaliū multum pinguiū: cuiusmodi sūt porci. Jam solus sanguis porci ꝓpter suā complexionē ꝛ similitudinē cōplexionis cū natura humana est sanguis quo omasa siue intestina implenť. Et similiter porci facilius impinguanť ꝙ aliquod alioꝝ brutorū. ideo magis sumimus intestina porci: ꝙ alioꝝ brutorum.

Textus

Impedit vrinā mustum / soluit cito ventrem
Epatis emfraxim / splenis. generat lapidemqꝫ

Cōmentum

Hic ponūtur quīqꝫ nocumēta prouenictia ex potatione noui vini vel musti. Primū est ꝙ mustū impedit vrinam. et hoc potest intelligi dupliciter. Primo qa multū grossum ꝓpter suam grossitudinē ex fece admixta opilat ipsum epar siue ipsos renes sic ꝙ vrina de facili nō potest habere suū cursum. scdo impeditvrinam quo ad debitum eius modū sicut facit mustū renense aliquod ꝛ quedā alia vina subtilia similiter. quia est aliqō mustū renense: cuius feces sunt mordicātes: ꝛ dum ipsū venit in vesica / ille partes terrestres intro se mordicāt vesicā: ꝛ cogunt vrinare sine ordine debito ꝛ modo consueto. Scdm est ꝙ soluit ventrem. Et ratio est quia abstergit viscera nitrositate sine salcedine sue fecis: ꝛ stimulat ea ad expulsionē. Primo ꝓpter mordicationē fecis. Scdo propter multitudinē ventositatis: quā inducit tale vinū siue mustū. Tercio lubricādo cito inferius per viā indigestibilitatis et grauamīs stomachi. quare stomachus se relaxat: et porta nariū oppressus aperit. Terciū est ꝙ mustū nocet bone cōplexioni epatis: quia opilat ipsū ꝓpter īmixtionē plurimā sue fecis: ꝛ perducit ad dissinteriam epaticā: ꝓpter inflationē eius qua debilitat epar. Et istud vult auicēna. tercia primi. cap. de regimīe aque et vini. Et sic etiam inducit cacheciam siue malā dispositionē coloris: et malas inducit egritudines epatis: scilicet diuersas species ydropisis. Quartū est ꝙ mustum nocet spleni ꝛ dispositioni eius ꝓpter eandē causā que

dicta est de epate:quia opilat splenem. ⁊ sic inducit duriciē eius. Quintū est ꝙ mustū generat lapidē/⁊ maxīe illū qui in renibus est qui rubeus est de facili frāgibilis causa opilationis quā fecit et grossitudine sue substātie. Et istud verū est de musto vinoꝝ multū dulcium nō habente feces nitrosas ⁊ mordicātes. Mustum enī habens feces nitrosas ⁊ mordicantes magis impedit lapidē:q̄a multū facit vrinare: sicut mustū aliquod renense facit apparere arenulas in vrina/siue grauellam:quia facit multū vrinare. Multa enī vrina sua lotione abstergit arenulas adherentes/que cū ea expelluntur.

Textus.

Potus aque sumptus sit edenti valde nociuus
Infrigidat stomachūq̄ꝫ/cibū nititur fore crudum

Cōmentum

Hic ponūtur duo nocumenta prouenītia ex potu aq̄ et hoc quo ad edentē Primū est ꝙ potus aque nocet stomacho edentis. Cuius ratio ē quia ipsum infrigidat et relaxat:⁊ maxime deicit appetitū cibi. Scōm est ꝙ potus aque cum sumit̄ cibus impedit digestionē cum cibū sumptū incrudet. Et istud vult Auicēna.tercia primi.c. de regimīe eius quod comedit̄ dicens. Neq̄ꝫ post ipsum scilꝫ cibū multa bibēda est aqua que inter ipsū scilꝫ cibum ⁊ corpus stomachi separationē faciat: ⁊ ipsū natare faciat. Et cap̄. de regimīe aque ⁊ vini dicit. Et cū natura in digerēdo nutriens studeat satietate aque iam p̄cedente sufficiēter. idest si precesserit sacietas aque sufficiens ad bonā cibi permixtionē/aqua vehemēter est impediens supple digestionē inchoatā. Et idē vult Auicē. scd̄a cantice.tractatu primo.ca.quarto:dicens. Est etiā vitādus potus aque in mensa:nisi rōne adherētie ⁊ tarditatis descēsus buccelle. Nō ē etiā sumēda aqua cū cibo. Et auerroys ī cōmento ait. Causa q̄dē hu⁹ ē q̄m cuꝫ sumit̄ aqua sup̄ cibū priusq̄ stomachus calefecerit/ip̄m infrigidat/ipsū īcrudat. Et etiā cā quare sup̄natet cibus sūptus ī stomacho. ⁊ quare etiā nō adhereat ⁊ vniat̄ etō

ꝙ cōterat ipſū ſicut exigitur. Actio nāqꝫ ſtomachi ſuper ſumptū cibū fit cōterēdo coquēdo ſimul. vnde ſicut cuꝫ infūditur ſimul ⁊ in magna q̄titate aqua in olla ꝑpter quod tardat᷑ cibi decoctio ī eadē ſic etiā cōtingit idē ipi ſtomacho. Et iſtud maxīe verificat᷑ de potu multe aque Modica eni q̄titas aque frigide ſuggēdo ſumpta poteſt concedi ante deſcenſū cibi vt per eā compleat᷑ cibi deſcē ſus ad inferiora ⁊ hoc ſi ſitis infeſtauerit ⁊ bibere coegerit. Nā modica q̄titas aque frigide p̄dicto modo ſūpta ſtomachū alleuiat ⁊ colligit. Alleuiat quidē a ſiti. alleuiat etiā cooperādo ad deſcēſū cibi. Colligit aūt ſua frigiditate coadunās partes ſtomachi. Et iſtō colligit᷑ ab auicēna. locis p̄allegatis. Notandū ꝙ q̄uis in ſitis extinctione aqua ſit cōuenientior potus q̄ vinū: tamē oībus cōſideratis vinū ē potus cōueniētior in regimīe ſanitatis q̄ aqua. Nā dato ꝙ in ſitis repreſſione que eſt appetit⁹ frigidi ⁊ humidi aqua vniuerſaliter melior ſit q̄ frigida ⁊ humida naturaliter tamē ī cibi permixtione ⁊ eiuſdem delatione ad partes corporis extremas vinū p̄ualet aqua. Nā vinū rōne ſue ſubtilitatis in ſubſtātia ⁊ acttione ſubtilius cibis permiſcet᷑ ⁊ ſpecialiter q̄ natura magis in eo delectat᷑. ideo citius attrahit ipm ⁊ aliis cibis ꝑmiſcet. ⁊ ſpecialiter q̄ hec mixtio fit ꝑ viā cuiuſdā ebullitōnis quā vinū magis iuuat rōne virtualis caliditatis ⁊ aqua impedit rōne frigiditatis. Et ſic patet ꝙ vinū p̄ualet aqua in ciboꝝ permixtione. Et ſimiliter p̄ualet in eorūdem delatione. Nā vinū eſt optimus penetrator qd̄ ei debet᷑ rōne ſubtilitatis ſue ſubſtātie ⁊ rōne. caliditatis virtualis. ſubtilia enī ⁊ calida multū ſunt penetratiua ⁊ per cōſequens vinū eſt magis delatiuū q̄ aqua ī qua nichil eſt v̄tualiter calidū nec ſubſtātie aereitatis nec igneitatis. vnde aque mora tranſeundo īpedit omēm curſū Amplius aqua ex alio nō eſt potus ita cōueniens ſicut vinū: q̄ aqua impedit alimentū nutrire: eo ꝙ nō nutrit quare illō vtiqꝫ min⁹ nutrit. Vnde quāto cibus ē magis aquaticus: tanto eſt min⁹ nutritiuus. Bonū eſt igit᷑ ꝙ vi

nū permisceaꝛ cū cibo quod solū nō impedit nutritōnē imo multū iuuat. quia vinū est maxīe nutritiuū ⁊ maxime restauratiuū: ⁊ velocissime nutrit/ vt prius dictum ē Notandū insuper ꝙ nō solum nociuus est potus aque edenti siue sumenti cibum/ imo in pluribus aliis casibꝰ nociuus ē. quos narrat Auicēna. tercia primi. ca. de regimine aque ⁊ vini. Primo enī incōueniens est in homine ieiuno tūc enī bibere penetrat aqua bibita nullo retinaculo impediat vsqꝫ ad intima membroꝝ principaliū mortificās suū colorē innatū. Et istud verū ē de homine vere ieiuno. Ebrio enī qñqꝫ ꝓficit: neqꝫ lediꝛ ipse si ieiunus bibat aquā: quia ieiunus ebrius nō ē oīno ieiunus nec est ī stomacho vacuus: sꝫ adhuc habet reliquias aliquas hesterne crapule: quarū nitrositas aqua mitigaꝛ ⁊ stomachus ab his per aquā abluiꝛ ⁊ repressis vaporibꝰ et fumis preparaꝛ stomachus ad receptionē noui nutrimētis. Scđo incōueniens est in homine exercitato forti exercitio. et similiter statim post coitū. Nam tūc pori corporis sunt multū aperti quare penetrat aqua in ꝓfunda membroꝝ mortificās calorē innatū: qui post coitum etiā debilitatus est. Tercio incōueniens est post balneationē: maxime cū fit hec balneatio ventre vacuo. tūc enī vie sūt vehemēter aperte. quare ledens penetrat aqua. vt dictū est. De isto potu aque dicit Auic. sexta quarti. sū ma scđa. ca. vltimo. Ex potu illius in ieiunio ⁊ post balneū ⁊ post coitū timeꝛ corruptio cōplexionis ⁊ ydropisis. Quarto incōueniens ē bibere aquam frigidā causa obediēdi siti nocturne mēdose q̄ accidit ī crapulatis et ebriis. Nā per potū aque frigide ꝓhibenꝛ resolutio ⁊ digestio humoris salsi vel fortis vini vel alterius acuti facīētis sitim. ⁊ sic cito post potū reuertiꝛ sitis ita fortis vt ante. Sed si vehemēs affuerit sitis nimiū vexans ⁊ inqetans nec sufficiat aeris īspirati frigiditas: nec ablutio oris cū aqua frigida bibat sitibūdus aquā frigidā cū vase stricti orificii siue gracilis rostri quatenꝰ aqua ꝓlixiꝰ detur sup̱ orificiū stomachi: fortius sitim mitiget: ⁊ de ea

minus sumatur:ne digerendoꝶ digestionē penitus impediat. Quīto generaliter malū est sanis bibere multam aquā frigidā.quia extinguit calorē innatū:ꝛ pectus offendit:ꝛ stomachi appetitū deicit:ꝛ mēbris oībus neruosis obest.Uerū est tamen ꝙ aqua tēperate frigida aliquādo per accidēs appetitū excitat/ꝛ stomachū fortem efficit quoadunādo ipsum ꝛ stringēdo villos eius.

Textus.

Sunt nutritiue multū carnes vituline

Cōmentum

In hoc passu autoꝛ laudat carnes vitulinas dicēs ꝙ carnes vituline multū sunt nutritiue.Et istud innuit auicēna.tercia pꝛimi.ca. de regimine eius qd̄ comedit vbi vult ꝙ cibus sanitatis conseruatiuꝰ debet esse talis quales sunt carnes.quia sunt similis nature pꝛius apte fieri sanguis:ꝛ maxime carnes edoꝛum ꝛ vituloꝛū paruorum lactantiū ꝛ agnoꝛū annaliū.Et istas carnes vitulinas sūme laudat Galienus. tercio alimentoꝛū. vbi vult ꝙ carnes vituli lactantis sex ebdomadarū vel octo assate saniores sūt mutonis facilis enī digestionis.ꝛ multū nutritiue sunt. Et de istis carnibus vitulinis etiā pꝛius dictum est.

Textus

Sunt bona/gallina/capo/turtur/sturna/columba
Quiscula/vel merula/phasianus/ethigoneta
Perdix/frigellus/oꝛex/tremulus/amarellus

Cōmentum

In hoc passu ponūtur carnes eligibilioꝛes pꝛo nutrimento nature humane aīaliū volatiliū. Et enumerant quatuoꝛdecim aues. quarū carnes bone sūt pꝛo nutrimēto homīs.Pꝛima auis est gallina.cuius esus siue comestio nature hūane cōueniens est.Haly enī/auēzoar/Auerroys/ꝛ mesue/vt dicit cōsiliatoꝛ pꝛe ceťis laudant ꝙ pulloꝛū carnes:ꝛ maxīe galline que nondū peperit:ꝛ galli qui nondū calcauit.Sūt enī facilis cōuersionis in sanguinē:ꝛ supfluitatū paucarū ꝓpꝛietatē mirabilē ha-

bētes i tēperādo ꝯplexionē ⁊ hūores. cuius brodiū opti
ma leprosis ē medicia. Et de carne gallinaꝝ dicit auic.
scđo canonis. ca. de gallinis ⁊ gallo/ꝙ caro gallinarū q̄
sūt pulle i intellectu augmentū efficit: clarificat vocē et
augmētat sperma. Et melior gallina scđ3 eū ibi ē q̄ nō=
dū parit oua. Scđa auis est capo siue gallus castratus
cuiꝰ carnes ponit ꝯsiliator differētia sexagesimaoctaua
īter laudabiliores carnes. Et carnes istas ⁊ similiꝰ prio
res digerit stomachus a ꝓprietate. Tercia auis ē turtur
q̄ etiā est boni nutrimēti ⁊ bonū generās humorē. Cuius
carnē Auic. scđo canonis. cap̄. de carne. sūme laudat di=
cēs. Uolucris quidē caro melior nō est ꝙ alduragi. idest
turturis ⁊ gallinarū ⁊ subtilior earū: ⁊ nō sunt cū nutri
mēto carniū alcubegi. i. pardicū. ⁊c. Quarta auis ē scđ3
aliquos ē sturnus. ⁊ ista auis debet comedi i iuuētute. et
est auis nota teuthonice eensprethe. Scđm alios est star
na. quā Rasis tercio almasoris pre ceteris volatilibus
laudat dicēs. Starna caro om̄i carne auiū leuior inue=
nitꝰ. atq3 his qui subtili volūt custodiri regimīe cōueniē
tior. Et pōt per starnā intelligi auis magna velut anser
grisea cinerea. cuius caro laudabilis ē maxime cū iuue=
nis fuerit. et istoº intelligit Almasor ꝓferens istā carne3
aliis. Uel pōt per starnā ītelligi maneries pardicis par
ue. quā moyses videꝰ intelligē iudeis inquiens similiter
starne nō videnꝰ pro dn̄o nr̄o: q̄a ventrē ꝯstringunt. Et
istā ꝓprietatē alii attribuūt pardicibꝰ. Carnes eni ipsa=
rū ventrē cōstringūt. teste rasi tercio almasoris. Quinta
auis ē colūba. que ē auis nota: cuius caro ē colerica. Et
de colūbis dicit rasis. loco preallegato. Colūbe vehemē
tis sūt caliditatis que sanguinē inflāmatū generāt: ⁊ ci=
to febricitare faciūt. Et gº aptius colūbe comedi debent
i pastillis cū vuis acerbis ꝙ assari. Per vuas eni acer=
bas auferꝰ caliditas quā sāguini inducūt. Et electiores
colūbe pro esu sūt colūbe iuuenes volare potētes. q̄a ta=
les sūt leuioris digestionis: ⁊ melioris hūoris. Pulli enī
nō volare potētes caliditatē ⁊ huiditatē habēt supfluas:

quare grossos generāt hūores. vt vult auic. scđo canonis ca. de colūbis. Antiq̄ vero colūbe ⁊ earū caro ꝓpter caliditatē nimiā ⁊ siccitatē ⁊ digestiōis difficultatē sūt euitāde. Et similit etiā turtures antiq̄. Sexta auis ē quiscula q̄ ab aliq̄bus noīatur coturnix. q̄a q̄scula est nomē onomatopeyon. s. fictū a suo sono. Et ista caro scđꝫ aliquos ē subtilis substātie/ bonū generās humorē: ⁊ multū cōpetit sanis cōualescētibꝰ. Scđm ysaac tñ coturnices ceteris volatilibꝰ sūt peiores: nec nutrimento/ nec digestioni laudabiles. q̄a ex comestiōe carnis earū timet spasmus ⁊ thetanus. ꝓut etiā vult auic. scđo canoīs. ca. de eis subiūgēs rōnē. s. q̄a ī substātia carniū earū ē vtus faciendi hmōi accidētia narrata. ⁊ sic nō ꝓueniūt illa accidētia ex eo solū: q̄a coturnices comedūt eleborū. Et hinc est q̄ gallici comedūt coturnices cū molli pingui caseo. ⁊ inde faciūt pastilla. Potest tamē per coturnicē ītelligi alia auis a ꝑdicta ꝑdice maior eiusdē fere coloris cū rubeis pedibꝰ ⁊ rostro saporis delectabilis dicta coturnix ytalica lingua. Et isto modo rasis ꝑcio almasoris accipit coturnicē qn̄ prefert carnes eius post carnes starne aliorum volatiliū carnibꝰ. Septima auis ē merula q̄ ē eiusdē q̄ntitatis cū sturno: sed ē ad nigredinē tendēs ⁊ habēs rostrū subrubeū. ⁊ similiter debet comedi iuuenis. Octaua auis. est phasianus. i. gallus siluestris que ab omibꝫ medicis enumeratur īter aues laudabilis carnis. Caro eni talis auis nature hūane est ꝯuenientissima ⁊ ē cibus principū ⁊ magnatū. Cōsiliator eni loco ꝑallegato dicit Siluestriū vero laudabiliores sūt phasiani ad sanitatē ⁊ ad robur Et fortassis etiā vniuersaliter domestici cū sint gallinis propīquissimi ⁊ eiusdē fere speciei sintq̄ꝫ illis sicciores aeris ⁊ alimēti ac excertii āpliores. Nona auis est ethigoneta que est auis parua ad modū perdicis sed lōgū rostrum habens cuiꝰ caro est optima. Decima ē perdix cuiꝰ caro scđm auic. scđo canonis ca. de cubigi est de subtilioribus carnibu s impinguās q̄ꝛ multū nutrit cor abstergens ydropisi ⁊ sthomaco ꝯferens ⁊ augmentum

in coytu faciẽs. Uerũ est tamẽ ꝙ stringit ventrẽ. Et istã carnẽ galienus tertio alimentorũ. ca. decimoseptimo et octauo de ingenio. ca. scd̃o prefert oĩbus aliis volatiliũ carnib⁹. Et dicit de ista carne ꝙ si assidue comedat ma xime cõfert memorie. Undecima ẽ frigellus. ⁊. ẽ auis co medens racemos velociter volans similis sturno. sed ẽ melioris nutrimẽti ꝙ̃ sturnus ⁊ multe tales inueniunt vbi sũt vinee ⁊ inebriãtur ex esu racemoꝝ: ⁊ melior ẽ ca ro earũ circa festũ oĩm sctõꝝ. Duodecima est orex et est secund̃ aliquos gallina siluestris siue gallina phasiani. Uel scd̃m alios est gallina aquatica id est natãs ĩ aqua ⁊ siue sit femina phasiani siue gallina aquatica ei⁹ caro ẽ boni nutrimenti. Decimatercia ẽ tremulus ⁊ ẽ auis coĩ ter stãs prope mare minor ꝙ̃ gallina. sed est auis fusca alte clamãs ⁊ velocissime volat. ⁊ quãdo ambulat super terrã cauda eius semper tremit. ⁊ id̃o dicit tremulus: et habꝫ super caput ei⁹ longuas plumas. Et nõ est parua auis longã habẽs caudã q̃ a medicis vocaur cauda tre mula. Ultima auis ẽ amarellus. ⁊ etiã est auis similiter existẽs in aquis similis anete sed ea minor. Et gñaliter loquẽdo inter aues comestibiles pl⁹ laudãtur ille q̃ vo latu velotiores sunt. Et sicut carnes p̄dictarũ auiũ sunt laudabilis nutrimẽti ⁊ facilis digestionis: ita etiã reperi unt carnes aliquarũ auiũ illaudabilis nutrimẽti diffici lis digestionis ⁊ inequalis ꝯplexionis. sicut sunt carnes anserũ ⁊ pauonũ ⁊ malardoꝝ ⁊ vniuersalit auiũ habẽ tium collũ longũ ⁊ rostrũ longũ degentiũ in aquis ⁊ car nes passerũ que sunt calidissime ⁊ a tẽperamẽto lõgissi me ⁊ multũ excitãtes coytũ. Circa electionẽ vero carnis volatiliũ sciendũ est ꝙ scd̃m diuersas laudabilioris nut mẽti proprietates ac eius qd̃ nutrit sanitatis vel robo ris itentionẽ carnes laudant varie. Unde gallien⁹ respi ciens facilem alterationẽ ⁊ subtilitatẽ in carnibus par dicũ p̄fert easdem. Rasis vero cũ ysaac respiciẽs subti litatẽ starne ac leuitatẽ ip̄am ceteris p̄tulit. ysaac etiam scd̃ꝫ diuersas ĩtentõẽs carnes volatiliũ laudauit diũsas

78

69

Auicēna vo laudauit carnes turturū pre ceteris: vel quia respexit ad ppͥetatē qua roborāt et ꝯfortant intellectū Uel qa i terris ei⁹ est ipsarū tāta bonitas/ que nō est in aliis terris. Sciendū insup ꝙ carnes volatiliū plus cōueniūt / ꝙ̄ carnes quadrupedū his qui relicto exercitio corporali vacant ꝯsiliis studiis ꝛ cōtemplationib⁹. quia digerunt facilius aliis. Juxta illud Galieni tercio alimē toꝝ. Digestibilior est tñ hec caro volatiliū aīaliū ꝛ maxie pardicū: ꝛ generāt sanguinē clarū mundū spirituosum mētis exercitiis ꝛ eleuationi intellectus aptum.

Textus.

Si pisces molles sunt magno corpore tolle
Si pisces duri parui sunt plus valituri.

Cōmentum

Hic ponunt duo accidētia: ex quorū noticia attendit electio pisciū. Unde pisces aut sunt duri aut molles. Si molles sūt: tūc seniores sūt eligibiliores Cuius causa est ista qa mollicies ꝓuenit ex huīditate q̄ i iuuene pisce indigesta ē: ꝛ i sene plus digesta. ꝛ sic in iuuētute tales pisces sūt gnātiui fleumatū. sed senes min⁹. Et sic pꝫ ꝙ anguilla senior sanior ē iuuene/ scdm quosdā. Si vo. tales pisces sūt duri tūc iuuenes sūt saniores. i. digestibiliores cuiusmodi. sūt lucii ꝛ parce. Duricies enī inꝗtū hmōi resistit digestioni. Et istā sententiā ponit Auic. scdo canonis. ca. de piscibus: dicēs. Et eligit quidē ex piscib⁹ durā carnē habētibus ille qui est minor. Et ex habentib⁹ mollem carnē ille qui est maior ad terminū aliquem

Textus.

Lucius ꝛ parca saxaulis ꝛ albica teuca
Gornus plagicia cum carpa galbio truca.

Cōmentum

Hic tangunt decē pisces eligibiles pro nutrimēto nature hūane. Quoꝝ primus ē lucius/ qui ē piscis notus. et dicit esse tyrānus pisciū. qa nō solū deuorat pisces alterius speciei. sed etiā eiusdē speciei cū eo. Uñ v⁹. Lucius est piscis rex ꝛ tyrānus aquarū. A quo nō differt luci⁹

iste parū. Est enī piscis dure carnis: ꝛ natatu velox.. Se cūdus ē parca/a parco parcis parcē dicta per cōtrariū qa nulli pisci parcit. imo irata vulnerat alios pisces su is squamis: quas habet supra dorsū. nec eā audet iuade re lucius. imo vt narrat albertus de naturis aīaliū ē na turalis amicicia parce ꝛ lucii. Lucius enī lesus ab alio difficulter sanat. sed lesus querit parcā: que vidēs eum lesū tāgit ꝛ lenit vulnus lucii. ꝛ sic lucius sanat. Et est parca similit piscis dure carnis notus theutonice een= baers. Tercius piscis ē saxaulis vel saxaulus piscis ma rinus. apud gallicos dictu sola. Alii dicūt q ē piscis teu thonice dictus een tonghe. ꝛ ē piscis multū sanus inter pisces marinos. Quartus ē albica teutonice vvitinc. ꝛ ē piscis marin9. Quītus ē teuca q ē piscis dulcis aque no tus. pellē habēs lubricā atq viscosam/ad nigredinē tē= dens. sed eius caro ē dura. vñ ab istis trib9 piscib9 q sūt lucius/parca ꝛ teuca post eoꝝ coctionē aufertur pellis. Et dicit iste piscis teuthonice ytinclze. Sextus ē gornus et ē piscis minim9 marinus albus ad qtitatē medie par tis medii digiti quo ad lōgitudinē q comedit cū capite et spinis. ꝛ dr theutonice eengaernaert Septimus ē pla gicia ꝛ ē piscis marin9. notus latus habēs ī vna pte sue pellis maculas rubeas: ꝛ pellis ē tota alba curuū os ha bēs theutonice een pladiis scol. Octauus ē carpa q ē pi scis dulcis aque not9. multū tñ de se ē viscosus sꝫ a ma= gnatib9 decoquit ī vino. ꝛ sic ab eo tollit ei9 viscositas. Nonus ē galbio. ꝛ ē piscis marin9 not9 a qbusdā dictus roget9 teutonice roethaert. ꝛ ē piscis dure carnis ꝛ san9 Alii textus hñt gouio. ꝛ ē piscis paruus dulcis aque a= longitudinem vnius digiti longi ꝛ est rotōdus ꝛ suauid simus gallice gouion . Ultimus est truca q est in caren similis salmoni. nec tamen est salmo. ꝛ est longus ꝛ non grossus. Et capit ī magnis fluuiis ꝛ pmittit se fricari ī a qua ꝛ sic capitur ꝛ ex eo fiunt pastilla cum speciebus et est piscis valde preciosus gallice trutes. Circa electio nem vero piscium sciedum est primo q pisces respectu

carniũ ceteris paribus minoris sunt nutrimenti et faci-
lis digestionis ꝛ nutrimentũ eorum est pluriũ sup̄flui-
tatum et fleumaticum et frigidum ꝛ humidum ꝛ minus
nausiuũ. Et sunt ad digerēdum duri: ꝛ longam faciunt
moram in stomacho. Et quia in eorum digestione labo
rat stomacus ꝛ interdũ corrumpũtur ĩ stomacho ꝛ qua
litatem quandam suscipiunt putredinalē sitim generãt
Et vt sic ad vnũ dicere carniũ laudabiliũ nutrimentũ
melius est nutrimento piscium. Secundo sciendum ē ꝙ
pisces marini sunt meliores in regimine sanitatis cete
ris paribus piscibus aque dulcis. Eorum enĩ nutrimē
tum est minus superfluicũ ꝛ nature carniũ magis pro-
pinquum. Sed quia ceteris paribus pisces marini sũt
durioris carnis piscibus aque dulcis. ideo sũt difficilio
ris digestionis ꝛ resolutionis ꝛ pluris nutrimenti ꝛ pu
rioris. Uerum est tamen ꝙ in egris magis cōferunt pi-
sces aque dulcis ꝓpter debilitatē digestiue eorum. Ter-
cio sciēdum est ꝙ in piscibus tam marinis ꝙ̃ aque dul-
cis eligendi sunt quoꝝ caro est alba nō viscosa sed fran
gibilis: non multũ grossa sed subtilis. nō grauis odoris
sed suauis nec cite putrefactionis sed sufficiētis durati-
onis. non mali coloris sed boni. ꝛ quoꝝ habitatō nō est
in lacubus stagnis nec ĩ locis sordidis nec in aquis ha-
bētibus malas. herbas. Et eligēdi sũt nō valde iuuenes
nec valde magni ꝛ qui sũt velocis motus ꝛ pauce viscosi
tatis. Et si sint pisces marini eligēdi sũt qui capti fuerũt
in flumibus multũ distãtibus a mari ꝛ hoc ceteris cōdi
cionibus bonis suppositis. Item suppositis predictis cō
ditionibꝰ ꝙ̃to pisces sũt squamosiores tãto sũt meliores
Et similiter intelligit̄ de spinis qꝛ spine multe ꝛ scame
significãt puritatē substãtie piscis. Item inter pisces ma
rinos meliores ꝛ puriores sũt qui capti ꝛ nutriti sũt in
mari profũdiori ꝛ magis agitato ad quod ē cursus plu
riũ fluuioꝝ. Et ergo capti in mari septemtrionali quod
magis ē agitatũ ꝛ magis tempestuosũ ꝛ velocioris fluxꝰ
ꝛ refluxus meliores sũt captis in mari mortuo vel meri

dionali. Et similit intelligendū ē de piscib⁹ dulcis aque Nā ceteris parib⁹ quāto aqua est profūdior ꝛ mobilior tanto piscis in ea nutrit⁹ est melior. Et ex his sufficient eligi potest qui pisces sūt vituperabiles ꝛ qui laudabiles Pisces enī bestiales sicut porcus marin⁹ canis marin⁹ delphin ꝛ morua nō multū competūt in sanitatis regimine. Sūt enī difficilis digestiōis ꝛ grossi hūoris ꝛ multe superfluitatis nec in carnib⁹ p̄dictorū pisciū apparēt cōditiones superi⁹ numerate puta albedo subtilitas. ꝛc. Et si hos pisces ꝛ cōsimiles comedi ꝯtingat nō statī sūt coquēdi et comedēdi postq̄ capti sūt. sed obseruādi sūt per aliquos dies quousq; eorū carnes mollescāt ꝛ tenerescant sine substantie corruptione Et etiā p̄dicti pisces meliores sūt semisalsi q̄ recētes/ aut pfecte salsi. Inter alios autē pisces marinos cōsideratis cōditionibus supradictis laudabiliores vident/rogetus ꝛ gornatus siue gornus. Nā eorū caro ꝛ substantia est purissima. Et post hoc plagicia ꝛ sola sed horū est magis viscosa ꝛ minus frāgibilis ꝛ minus alba ꝛ magis grossa ꝛ min⁹ subtilis nec horū sapor aut odor est ita delectabilis. Et forte piscis merlēgus est laudabilior post rogetū. Nō ē enī tante grossiciei ꝛ viscositatis sicut plagicia ꝛ sola ꝛ eius substantia est satis frangibilis. sed consideratis sapore et odore cum colore ꝛ substantie puritate ꝛ mobilitate deficit in bonitate a rogeto ꝛ gornato ꝛ similiter intelligatur de allece. Et morua iuuenis satis appropiquat predictis in bonitate consideratis predictis cōditionibus est tamē grossior ꝛ viscosior p̄dictis piscibus Salmones autē et turboti ꝛ maquerelli multū deficiunt ī bonitate sunt enī multum grossiores ꝛ viscosiores ad digerendū difficiliores ꝛ magis superfluitate pleni. vnde nō competūt nisi exercitātibus fortibus iuuenib; cū quibusdā salsis eorū viscositati grossiciei ꝛ frigiditati repugnātib; Inter pisces aūt dulcis aque cōsideratis predictis cōditionibus parca ꝛ lucius mediocris primū gradū bonitatis obtinēt supposito q̄ sint pingues. deinde vendosia ꝛ

deinde lopia. Et q̃uis carpa sit squamosior p̄dictis. tamen nō habet carnē adeo albam ꝛ frangibilē et subtilē sicut lucius ꝛ parca. ꝛ sepius reperitur ĩ stagnis. Et vniuersalit̃ ceteris parib⁹ meliores sũt pisces dulcis aque qui capiũtur in aqua petrosa currente v̾sus septētrionē profunda multe agitationis ad quā nō cōfluunt sordicies ciuitatũ. in qua etiā nō sunt herbe male. Cancri autem fluuiales ꝛ marini multi sũt nutrimēti ꝛ non facile in stomacho corrumpũtur verum sũt difficiles digestionis. Sciendum est insuper ꝙ pisces recentes corpus humectant ꝛ lac ꝛ sperma multiplicāt ꝛ multũ competũt colericis. Et non sunt comedendi pisces post forte exercitium: vel fortē laborem quia tũc de facili in stomacho corrumpũtur. Et caueant ab vsu piscium habentes stomachum debilem vel malis humoribus plenũ. Amplius sciendum ꝙ pisces grossi semisalsi meliores sunt ꝙ recentes pisces. Et saliti multi temporis non sunt boni Item non sunt comedēdi pisces et carnes simul nec pisces ꝛ lacticinia nec sunt comedēdi pisces post alios cibos. Item pisces laudabiles parum saliti et in pauca quãtitate sumpti reuocant appetitum ꝛ ipsum corroborant si quis habuerit appetitum ad eos.

Textus

Vocibus anguille praue sunt si comedantur.
Qui phisiquam non ignorant hec testificantur.
Caseus anguilla nimis obsunt si comedantur.
Ni tu sepe bibas et rebibendo bibas.

Cōmentum.

Hic autor subdit ꝙ anguilla est piscis ĩsanus maxīe nocens vocibus. ꝛ hoc ꝓbat sermone medicoꝝ ꝛ naturalem philosophiā studentiũ. Et ratio est qꝛ anguilla ē piscis limosus viscosus ꝛ maxime opilatiuus ꝛ multũ deficit a cōditionibus boni pisis p̄ri⁹ narratis in ꝑte precedenti. Et quod dictũ est de anguilla etiā intelligendũ est de lampreda licet lamprede parue laudabiliores sũt anguillis: ꝛ minus ꝑiculose cũ nō sint tante viscositatis

et grossiciei sicut anguille. vt patet ad sensū. Unde salua reuerētia vtentiū isti pisces sunt valde piculosi quis ozi sint sapozosi. Hozū enī pisciū in aqua similis est gñatio gñationi serpentū in terra. Unde multū dubitandū est q nō sint venenosi: vnde coꝝ capita ꝛ cauda ī qbus venenū cōsueuit esse. ꝛ similiter interioꝛ spina nullo° sunt edenda. Bonū est etiā ꝑpter earū viscositatē q submergant in vino optimo viue ꝛ dimittant ibidem quousqꝫ mortue sint. et deinde preparent cū galētina optimarū specierū/scdm q coci magnoꝛū dñoꝝ facere consueuerūt. Bonū est tñ q prebulliant primo duabus ebullitionibus ī vino ꝛ aqua. ꝛ illa abiecta decoquant ad perfectionē: ꝛ fiat galētina vel pastillatura vel assatura cum salsamēto appropriato videlꝫ cū salsa viridi cū fortibꝰ speciebus ꝛ vino ī hyeme. ꝛ cū debilibꝰ spēbus ꝛ agresta ꝛ aceto ī estate. Cōmodosius tñ ē manerie huiusmōi pisciū dimittere. Deinde subdit textus q caseus ꝛ āguilla multū nocent si comedant. et istud intelligendū ē si ī magna q̃titate sumant. quoꝝ cause dicte sunt de caseo ibi. Persica poma. ꝛc. Et de anguilla nūc dicta ē causa. Postea dicit textus q si ista sumant cū frequēti potatione vini malicia eoꝛū corrigit. Et istud nō debet intelligi de vino subtili ꝛ penetratiuo: nec de vino qđ datur via potus cōductiui. quia tale nō debet dari super cibū gñatiuū mali humoris quādo comedit nec ante ipsum nec postq̄ fuerit digestus. vt vult Auic. tercia primi. cap. de regimīe aque ꝛ vini. quia tale vinū magnū nocumentū induceret. penetrare enī faceret humorē malū ex hoc cibo genitū vsqꝫ ad extrema corporis qui forte nō sufficeret penetrare sine vini auxilio ꝛ cōductu. Sed intelligēdū est istud de vino forti: nō multū penetratiuo sepe et ī parua q̃titate dato gratia pmixtionis ciboꝛū. Tale enī corrigit maliciā ciboꝝ/cōfortat digestionē ꝛ dirigit fleumaticos humores ꝛ frigidos. quare iuuat ad digestionē casei ꝛ anguille/que male digestionis sunt.

Textus.

Inter prandendū sit sepe parūq; bibendum
Si sumas ouū/molle sit atq; nouum

Cōmentum

Hic autor tangit duo nocumenta.quorū primū est ꝙ comedēs in prādio vel cena debet vicissim comedere ⁊ bibere multiplicādo vices bibitōnis sed pro qualibet vice parū potus sumē. Et facere nō debet queādmodū bruta que totū cibū capiūt: ⁊ postea bibūt: q̄a sic potus melius cibo permiscet.⁊ cibus exinde reddit remollitus et digestiōis capacior. Et circa istd ē sciend ꝙ triplex ē potus.scilz ꝑmixtiuus/delatiuus/⁊ sitis sedatiuus. Istud aūt quod dictū est intelligendū est de potu ꝑmixtiuo ciborū. Iste enī potus debet vicissim recipi cū cibo. Et saluo meliori iudicio nō debet iste potus differri vsq; ad finem comestionis nec debet expectari sitis. Et iste potus maxime competit quādo sumunt cibaria actualiter sicca vel v̓tualiter sicut patet in laborātibus comedētibus panem siccum. Sed potus sitis sedatiuus regulariter ⁊ hominibus bene dispositis debet differri vsq; ad finē comestionis tunc enī est vera sitis ꝓpter estuationem cibi calidi ⁊ sicci. Non enī multū rōnabile est ꝙ simul vrgeat sitis ⁊ fames: quia sūt appetitus contrariū. Et debet iste potus dari secundum plus ⁊ minus: scdm ꝙ maior vel minor est sitis. Potus vero delatiuus maxime cōpetit cōpleta prima digestione regulariter ⁊ parū ante horam suscipiēdi aliū cibū sequentē. Et talis potus specialiter competit quādo cibaria primitus sumpta fuerint grossa ī substātia: nec debz expectari sitis ad talē potum suscipiendū. Nā talis potus ꝑparat stomachū ad suscipiendū cibū sequentē.⁊ iuuat transitū cibi ad epar a stomacho: nec debet talis potus esse magne q̄titatis/ vt cito possit digeri. Ante enī eiꝰ digestionē nō trāsit ad epar Et istd verū ē: nisi talis potus delatiuus fuerit aqua in qua nō oportet expectare digestionē āte penetrationem eiꝰ ad epar. Rlāriter aūt potus ꝯueniens delatiuus aut etiā ꝑmixtiuus nō debet esse aqua sed vinū vel aliqd ꝓ=

porcionabile vino puta ceruisia vel cerasariū vel pomex vel melliciatū vel aliquod simile. quib⁹ oibus vinum ē meli⁹. Sciendū scdo q̄ q̄to cibus ē grossior ꝛ siccior ꝛ frigidior: tanto pot⁹ ꝑmixtiu⁹ ꝛ delatiuus debet esse maior ꝛ ecōuerso. quāto cib⁹ est calidior subtilior ꝛ hūidior tāto potus delatiuus ꝛ permixtiuus debet esse minor. Et quanto cibus est grossior ꝛ frigidior ꝛ digestioni iobedientior: tanto vinum permixtiuū vel delatiuum debet esse subtilius ꝛ fortius. Et q̄to cibus est subtilior calidior ꝛ digestibilior potus debet esse debilior vel vinum debilius. vnde fortius vinum bibendū est cum carnibus bouinis q̄ pullinis ꝛ fortius bibendū est cum piscibus q̄ cum carnibus regulariter. Secundū documētum est q̄ sumens ouum. debet ipsum sumere quando est molle ꝛ nouum. cuius causa dicta est supra.

Textus.

Pisam laudare decreuimus ac reprobare.
Pellibus ablatis est bona pisa satis.
Est inflatiua cum pellibus atq̄ nociua.

Cōmentum

Hic ponitur vnū notabile de pisis ꝛ ē q̄ pisa aliquo modo laudant̄ ꝛ aliquo modo vituperant̄. Laudant̄ enī quādo comedūtur ablatis corticibus. vituperant̄ vero quādo comedūtur cū corticibus ꝛ pellib⁹ q̄ꝛ tūc sūt inflatiua. Et ergo nō est artificiale ea comedere simul cū cortice quia medularū et corticū nature discordāt. Alterū enī laborat vt soluat ꝛ exeat. Alterū obuiat vt constringat vt dicit ysaac in dietis vniuersalib⁹. quare in corpore fit motus agitatiuus inducēs torturā ꝛ inflationē. Et istud nedum viritatem habet de pisis. verūetiam de oībus leguminibus sicut fabis faceolis lentibus et similibus. Et specialiter de habentibus multum corticē sicut fabe ꝛ cicera nigra. Cortex etiam in omibus. est peioris nutrimenti q̄ medula. Et circa istud est sciendum q̄ est vna maneries pisorum alborū rotundorum habentiuz corticem exteriorem valde paucū ꝛ subtilem. ꝛ ista pisa

78

securius possunt comedi cū cortice ꝙ̃ alia. ꝙuis melius sit ꝙ depurent a cortice. Et quia dictū precedēs veritatem habet de oībus liguminibus. Sciendū est ꝙ legumina recentia minus habent de cortice: ⁊ in eis minor diuersitas est inter corticē et medullam: ⁊ facilius digerūtur. ⁊ ideo dicunt aliqui ꝙ magis competūt corporibus sanis. sed nō est ita: quia legumina recentia sūt plurimarū superfluitatū ⁊ corruptibilioris substantie. quare minus cōueniunt corporibus sanis. Et ideo pro veritate tenendū est ꝙ legumina sicca depilata a cortice exteriori sunt saniora ꝙ̃ recentia nō depilata. sed viridia sunt saniora siccis nō depilatis. Sciendū vlterius ꝙ q̄a oīm leguminū substantia est inflatiua ⁊ difficilis digestionis: ⁊ eoꝝ nutrimentū malū nō competit in regimīe sanitatis. sed brodiū siue decoctio ipsorū cōueniens est: quia eorū decoctio ventris est subductiua. idest laxatiua vrine ꝓuocatiua ⁊ venarū deopilatiua. Unde satis cōuenit tēporibus in q̄bus homines vtunt cibis grossis ⁊ opilatiuis. puta tempore ieiuniorū. In isto enī brodio siue in ista decoctione conueniēter facta nō sunt nocumēta que sunt in substantia. vnde in ea nō est inflatio nec difficultas nutritionis ⁊ digestionis: nec malicia nutrimenti. Fit autē ista decoctio per istū modum. in sero enī ponunt cicera vel pisa in aqua feruēti. et in eadē longo tempore manibus cōfricantur. deinde predicta aqua tota nocte temperet. et in eadē sequēti nocte bulliant duabus vel tribus bullitionibus. ⁊ postea coletur: ⁊ colatura reseruet: ⁊ appropinquāte hora refectionis preparet cum cinamomo ⁊ croco ⁊ aliquantulū vinum addatur et deinde vnico feruore bulliat: ⁊ spumet in principio refectionis. Et brodium seu pureta cicerum ⁊ pisoꝝ rotundorū alborum est melius ⁊ conuenientius ⁊ nature amicabilius. Et similiter eorum substantia

Textus

Lac ethicis sanum: caprinum post camelinum
Ac nutritiuū / plus omibus est azininum

Plus nutritiuũ vaccinum sit et ouinũ.
Si febriat caput ⁊ doleat nõ est bene sanum.

Cõmentum

Hic ponũtur quedã documẽta circa electionẽ lactis. Primũ est ꝙ lac caprinũ est sanũ ethicis.i.cõsumptis ⁊ maceratis vel habẽtibus febrẽ ethicam. Et istd vult auicẽ.scdo canois ca.de lacte dicens. Lac caprinũ ⁊lac asininũ sunt bona ethice. Et idem vult prima quarti tractatu tercio ca.de rememoratõe medicinarũ humectantiũ ethicos. Et ratio etiam est quia lac caprinũ ẽ tẽperatum scdm auic.scdo canois ca. de lacte.⁊ etiã multi nutrimẽti.vt vult hic text⁹. Et post istud lac valet camelinũ Istud enĩ subtile est multe aquositatis ⁊hũiditatis.quare potest humectare eos. verũ est tamẽ ꝙ istd lac ꝓpter suam nimiã humiditatẽ parũ nutrit quare minus eis cõuenit ꝙ̃ caprinũ. Istud tamen lac camelarũ ⁊ maxie nouiter fetarũ cõfert ydropisi valde ⁊ patientibus dolorem i epate ⁊ renouat epar scdm auicennã scdo canois ca.de lacte. Scdm documentũ est ꝙ lac asininũ plus ceteris lactibus ethicis cõuenit. Et istud verũ est cõparando lac asininũ ad lac alioꝝ brutoꝝ quia lac asine declinat ad frigiditatẽ ⁊humiditatẽ ⁊ est subtilius ⁊ citi⁹ penetrans ⁊ tardius coagulabile ꝙ̃ lac alioꝝ brutoꝝ. Secundũ galienũ septimo de ingenio cap septimo. Et istd idẽ vult auic.prima quarti.loco ꝑallegato dicẽs. Et nõ ẽ lac post lac mulieris sicut lac asine. Et prius dicit. Et proprie lac asine eradicat ethicã si fuerit ei eradicator Comparãdo tamẽ lac asine ad lac mulieris min⁹ cõuenit. Lac enĩ mulieris suggendo sumptũ cõueniẽtius est omibꝫ.vt vult auic.prima quarti.loco ꝑallegato. Et ratio ẽ qꝛ lac humanũ siue muliebre subtilius ẽ frigidius ⁊ humidius ⁊ nature hũane magis simile veloci⁹ penetrãs citius digestũ ⁊magis nutriẽs. Et debet istd lac dãdum ethicis quantũ possibile est mulgeri magis ꝓpe lectũ infirmi ⁊ ei protin⁹ sine mora admĩstrari:ne ab aere corrũpatur. Et circa istd sciendũ est ꝙ non sẽper ꝯuenit

ethicis lac mulieris:aut asine imo in aliquibus casibus lac acetosũ siue ebutiratũ ẽ vtilius ethicis ꝙ lac mulieris aut asine. Quoꝝ primus ẽ qñ cũ ethica est solutio vẽtris. Scdũs est qñ est suspicio de coagulatione lactis in stomacho vel de ardore vehemẽti febris: vel qa stomachus de se ẽ colericus:vt lac ĩ colerã cõuertat. Tercius est qñ cũ ethica cõplicatᷣ putrida:ꝑcipue qñ in interioribus nõ fuerint multe opilationes. nã lac acetosũ restringit ventrẽ:ꝛ nõ faciliter colerisatᷣ:qa priuatũ ẽ butirositate/per quã faciliter lac inflãmatur: nec in putrida febre cito putrescit ꝓpter eandẽ causam. Quartus ẽ si stomachus fuerit sordidus. tũc enĩ lac facile ĩ eo corrũpitᷣ. Quitus si ethicus abhominetᷣ lac dulce ꝛ integrũ ꝛ nõ acetosũ:siue ebutiratũ. Terciũ documentũ est ꝙ lac vaccinũ ꝛ ouinũ sũt magis nutritiua:qa pinguiora ꝛ grossiora sũt aliis. vt dicit auic. scdo canonis. ca. de lacte. Et ibidẽ de lacte vaccino dicit. Lac oĩs aĩalis cuiꝰ ꝑgnatio prolixior ẽ pregnatiõe mulieris ẽ malũ/quapropᷣ ꝓporcionabile est illud quod ẽ proximũ sicut vaccinũ. Rasis vero tercio almasoris. ca. de lacte: dicit. Vaccinũ enĩ lac oĩni lacte cuiuslibet aĩalis alterius grossius iudicatᷣ. qđ etiã oĩbus sui corporis pinguedinẽ adipisci volentibus cõuenientius existit. Quartũ documentũ est ꝙ lac nocet habenti febrem ꝛ dolorem capitis. Cuius causa dicta ẽ supra:ibi. Persica poma pira. ꝛc.

Textus.

Lenit et humectat:soluit sine febre butyrum

Cõmentum.

Hic autor ponit tres ꝓprietates butiri. quas ipsũ inducit ĩ corpore hũano. Prima ẽ ꝙ butirũ lenit ventrẽ:siue mollificat:atq lubrificat hãc ꝓprietatẽ facitᷣ sua vnctuositate. Scda ꝓprietas est ꝙ butirũ est humectatiuũ qa ex melioribus partibꝰ lactis ꝯpositũ ẽ:ꝛ ita sibi conuenit humectare sicut ꝛ ipsi lacti a quo extrahitᷣ. Tercia ẽ ꝙ soluit ventrẽ. i. est ꝓuocatiuũ secessus. ꝛ hoc facit qa lubricitatẽ inducit ĩ intestinis. Et istas ꝓprietates eius

etiã ponit auic.scdo canonis.ca.de butiro.Et īducit butirū istas tres ꝓprietates ī corpore nō febricitāte.Nociuū tamen est corpori febrienti: qa butirū sola vnctuositate de facili inflāmat. ꝛ īfebriente calorē augmētat.Circa istud sciendū ꝙ licet butirū inducat pdictas ꝓprietates.rōne tamen nimie sue huīditatis ꝛvnctuositatis nō competit via cibi specialiter in qtitate notabili.Primo enim siquis eo vtatur in quātitate notabili/abhomina tionē inducit: ꝛ facit cibum supnatare in orificio stoma chi:ꝛ ventrē plus debito laxat ꝛ vomitū inducit. Nullo ergo modo butirū est comedendū via cibi in qtitate no tabili: ꝛ specialiter nō comedaꝛ post alios cibos:sed ad cōdimentum cibarioꝝ satis conuenit.

Textus

Incidit atqꝫ lauat/penetrat/mundat/quoqꝫ serum

Cōmentum

Hic ponūtur quatuor proprietates seri i.aque lactis Quarū prima ē ꝙ serū ē incisiuū siue subtiliatiuū Secū da ē ꝙ ē lauatiuū.i.abstersiuū.Tercia ē ꝙ ē penetratiuū et ista sequiꝛ ex prima.Quarta ē ꝙ serū ē mūdificatiuū. idest solutiuū siue purgatiuū.Et tres istarū ꝓprietatuꝫ narrat auic.scdo canonis.ca.de lacte dicēs ꝙ aqua eius scilꝫ lactis ē subtiliatiua/lauatiua:ꝛsolutiua.ꝛ ī ipsa nō est mordicatio.Rasis vero tercio almasoris dicit ꝙ serū colerā rubeā expellit scabiei quoqꝫ atqꝫ pustulis necnō eis pustulis que in facie nascūtur ycteritie etiam atqꝫ ei cui fortis vini potus nocuit auxilium prebet.

Textus.

Caseus est frigidus/stipans/grossus quoqꝫ durus
Caseus ꝛ panis bonus est cibus hic bene sanis
Si non sunt sani tunc hūc non iungito pani

Cōmentum

In hoc textu autor duo facit. Primo ponit quatuor proprietates casei.Quarū prima est ꝙ caseus est frigid⁹ idest frigide nature.Et istud intelligendū est de caseo re centi qui ē frigidus ꝛ huidus:ꝛ nō de veteri q ē calidus

et siccus.vt vult Auic.scdo canonis.ca.de caseo.Vel potest intelligi de caseo qui fit ex sola coagulatione lactis absq; alicuius altius rei cōmixtione. Reperit eni case⁹ calide nature calefaciēs stomachū ac linguā mordicās ex cōmixtione rerū sibi admixtarū. sicut est aliquis caseus viridis/qui si in magna q̄titate sumat/multū calefacit corpus. Secūda ꝓprietas est q̄ caseus est stipans. idest cōstipatiuus:siue durū ventrē efficiens. Et istd maxime habet veritatē de veteri ꝛ multū coagulum habēte. Tercia est q̄ caseus est grossus. idest grossi humoris generatiuus. quod veritatē habet de omi caseo. q̄a oīs caseus ex grossiori ꝛ terrestriori parte lactis fit. Quarta est q̄ caseus ē durus.idest duriciē vētris efficiēs. Et ista potest esse eadē cum secūda. Deinde dicit textus q̄ case⁹ q̄uis solus sumptus sit insanus:ex quo male digestiois est:vt predictū est.tamen si in modica q̄titate misceatur pani:cū ipso pane digestibilis fit.ꝛ alias non. Et istud veritatē habet in corpore sano. In egro aūt non. Et de caseo prius dictū est ibi. Nutrit ꝛ impinguat.

Textus.

Ignari medici me dicunt esse nociuum
Sed tamen ignorant cur nocumenta feram
Languenti stomacho caseus addit opem.
Si post sumatur terminat ille dapes
Qui phisicam nō ignorant hec testificantur.

Cōmentum.

In hoc passu autor fingit personā loquentē in specie casei contra dicentes vsum casei esse insanū. Et dicit loquēs in ꝑsona casei. Ignari medici.idest medicinā ignorantes/dicūt me caseū esse nociuū supple.vniuersaliter ignorant causam cur humane nature nocere dicor. Et post hoc tangit autor duas vtilitates sumptionis casei. Prima vtilitas est q̄ caseus cōfert egrotanti stomacho Et circa istud ē notandū q̄ nō omis caseus cōfert opē omi stomacho languēti sꝫ i certis casibꝫ oīs caseus nocet scilꝫ stomacho rare texture: et omi stomacho debili=

to ex longa egritudie. Sz caseus recēs ⁊ nouus nō multe viscositatis opē cōfert stomacho calido. qa teste Rasi tercio almasoris. adustionē ⁊ caliditatē eius reprimit. Et stomacho etiā sicco cōfert ꝑpter eius humiditatē. Et talibus stomachis multū nocet caseus ātiquus: siue multū acutus: vel multū coagulū habēs. Sed stomacho habēti multa fleumata eius pelliculis adherētia: multū cōfert caseus ātiquus/vel multū coaguli habēs. qa talis sui acuitate fleuma incidit ⁊ abstergit. Sz tali stomacho maxime nocet caseus recēs ⁊ mollis. Et sic pz ꝙ i aliquo casu caseus sp nocet: ⁊ i aliquo nō. et ꝙ aliqñ caseus recēs prodest: ⁊ aliqñ vetus. Scda vtilitas ē ꝙ caseus sūptus post cibū termiat ipsū: qa facit cibū descendē ad illū locū i quo viget digestio. s. ad fundū stomachi. Et istud totū sciūt q̄ verā scientiā medicine habēt. Et de caseo acuto dicit rasis tercio almasoris. Uerūtamē cū post comestionē parua ex eo gustaꝛ q̄titas os stomachi corroborat. satietatē quoqꝫ nimiā atqꝫ fastidiū q̄ ex dulcibus et vnctuosis nutriētibus i ore stomachi proueniūt aufert.

Textus

Inter prandendū sit sepe parūqꝫ bibendum
Ut minus egrotes: nō inter fercula potes

Cōmentum

Hic ponit duo documēta. Quoꝝ primū ē ꝙ prandendo. i. comedēdo aliqs debꝫ vicissim post cibū sumptū parū ⁊ sepe bibere. ita ꝙ nō debet primo totū cibū sumē ⁊ postea potū. Et istū versū primū aliq nō habēt. qa reuera idē visus i forma prius expositus ē. Scdm documētū ē ꝙ iter duas comestioēs/sicut prandiū ⁊ cenā debemus pro posse potū euitare. ⁊ hoc si cibus sūptus i stomacho nondū fuerit digestus nisi magna necessitas adsit. qa talis potus sumptus impedit ⁊ interrūpit digestionē cibi primo sūpti/cibū facit indigestū de stomacho descendē: atqꝫ appetitū deicit circa cibū i cena sumendū: ⁊ corpus grauat: ⁊ ad dispositionē i qua homo neqꝫ sanus neqꝫ eger ē/iclinat. siue ad dispositionē ꝑuenientē febrem.

Textus

Ut vites penam de potibus incipe cenam.

Cōmentum.

Hic autor innuit q cena debet incipi a potu. Et aliq exponūt metrum istud. Si tu vis vitare penam.idest infirmitatē prius potes in principio cene ātēq comedas sed ista expositio non valet:quia secundū medicos regularius est a cibo cenam incipere q a potu . Et q̄uis iste liber directus sit anglicis.ipsi tamen hanc sententiā nō obseruant quia regulariter quacunq3 hora diei potū sumunt preponūt morsum panis. Ideo aliter pōt exponi versus iste accipiendo potum pro cibo liquido et facile digestibili sicut accepit ypocras potū secūda pticula āphorismoꝝ ibi. facile est repleri potu q cibo. ita q sensus istius versus sit q melius est cenā incipere a potu.i. cibo liquido ⁊facile digestibili q a grosso et duro ⁊difficile digestibili. Cuius ratio ē qa si cibus liquidus ⁊facile digestibilis post sumat cū in nocte supueniente fortificet calor digestiuus cibus liquid9 ⁊facile digestibilis lōgo tpe erit digestus ante grossū ⁊ difficulter digestibilē Et cū non poterit habere exitum propter cibū grossum nondū digestū nimis aduret vel si exeat grossum secum rapiet cibū nondū digestū plene. Melius est ergo vt iste cibus liquidus ⁊ facile digestibilis prius sumat vt tpe quo digestus sit exitum habeat nullo repugnante.

Textus.

Singula post oua pocula sume noua.
Post pisces nux sit.post carnes caseus assit.
Unica nux prodest.nocet altera.tercia mors est.

Cōmentum.

Hic autor ponit aliqua documēta. Primū est q post sumptionē cuiuslib3 oui recētis supple ⁊mollis debem9 sumere potū. Et maxīe haustū vini. Cuius causa potest esse qa ouū recens ⁊molle est optimi nutrimēti ⁊ facilis digestiōis ⁊ est de his que in modica q̄titate multū nutrīunt ⁊pcipue eius.vitellus vt dictū est prius ibi. Oua re



centia. Sic ergo vinū quod ē amicū nature facit q̄ ouū auidius ad mēbra trahit̄ ⁊ ad eius penetrationē iuuat. Et causa alia etiā potest esse q̄a ouū tarde p̱ mery descēdit potus ergo vel vinū iuuat eius descensū. Scđʒ documentū est q̄ post comestionē pisciū debemus sumē̄ nuces loco casei q̄a nux sua siccitate impedit generationē fleumatis quod generari solet ex piscibus. Et hinc ē q̄ in quadragesima vltimo dātur nuces. Tertiū documentū ē q̄ post comestionē carniū debemus sumē̄ caseū ⁊ nō nuces q̄a nuces nimiū exsiccarent ⁊ caseus non: sʒ facit cibū descēdere ad fundūʒ stomachi: i quo viget digestio Et istud est verū de caseo mediocri inter veterē ⁊ nouū Deinde subdit textus in vltimo versu q̄ vnica nux scilʒ nux muscata prodest nature hūane ⁊ p̱ficua ē q̄a bonū odorē oris efficit/visū cōfortat ⁊ similiter epar splenē et stomacū ⁊ maxīe os eius scđm auic. scđo canonis ca. de nuce muscata. Sʒ altera nux scilʒ auellana vel cōis nocet. Auellana quidē q̄m inflatiua est ⁊ generatiua vētositatū in ventre inferiori. ⁊ facit ʒoda ⁊ tarde est digestionis ⁊ excitat vomitū. vt habet auic. scđō canōis ca. de ea Nux vero cōis quia etiā facit ʒoda ⁊ difficilis est degestionis ⁊ mala stomacho ⁊ hoc calido propter eius calditatem. Sed tercia scilʒ nux baliste est mors. i. mortē inferens quia per balistam hoīēs interficiuntur. Uel potest istud intelligi de nuce methel. que secundū auic. secūdo canonis est venenū stupefactiuū quare mortifera est.

Textus.

Adde potum piro nux est medicina veneno
Fert pira nostra pirus sine vino sunt pira virus.
Si pira sunt virus sit maledicta pirus.
Si coquas antidotū pira sunt. sed cruda venenū
Cruda grauant stomachū. reuelāt pira cocta grauatū.
Post pira da potū post pomū vade secatum

Comentum.

In primo versu autor dat vnū documentū dicens q̄ nos debem⁹ post esū piroꝝ sumere potū scilʒ vinū. Cui⁹

causa sufficiēter dicta ē prius qa pira sūt gn̄atiua vētositatis ⁊ de ꝓprietate colicā inducētia: ⁊ sanguinē aquositate replētia. ⁊ ergo cū eis debet potari vinū et maxime forte et calidū quod est ventositatū carmīatiuū ⁊ aquositatum consumptiuū quas inducunt pira. Secūdo dicit textus ꝙ nux est medicina veneno .i. remediū ꝯtra venenū vt pri⁹ dictū est ibi. Allea nux ruta. Deinde ī scdo ⁊ tercio vsibus innuit ꝙ pira sūpta sine vino sūt venena .i. nature nocētia ꝓpter causā dictā in primo vsu. Uerū est tamē ꝙ pira nō sūt virus .i. venenū simpliciť qa si sic comestio eoꝝ mortē induceret. Et prius ea portās esset maledicta. Deinde in quarto vsu autor īnuit ꝙ pira cruda sūt venenū .i. nocumentū inferētia qa faciūt ebullitionē humoꝝ colicā fleumata ⁊ scabiē. si tn̄ ipsa coquātur sūt antidotū .i. medicina modo quo dictum est scilꝫ cum vino ⁊ maxime etiam post alios cibos sumpta qa sic iuuat ad expulsionē fecum. Deinde in quiuto versu dicit ꝙ pira cruda grauant stomachū quia ipsum impediunt a digestione: et inflatiua sunt. sed pira cocta releuant stomachū grauatū ⁊ disponūt ipm ad suā naturalitatē. Et in vltimo versu subdit duo. Primū est ꝙ nos debemus post pirū sumere potū ꝓpter causā dictā pri⁹ Scdm est ꝙ post esū pomi debemus ire fecatū .i. ad secessū. Et scdm̄ auic. secūdo canonis ca. de. pomis. Poma dulcia et acetosa quando in stomacho inueniunt humorem grossum quandoqꝫ deponunt ipsum in egestione. Ratio tamen textus esse pōt quia poma multū īflatiua sunt ventositatem generantia que in secessu emittitur.

Textus

Cerasa si comedas tibi confert grandia dona
Expurgans stomachū. nucleus lapidē tibi tollit.
Et de carne sua sanguis eritqꝫ bonus

Cōmentum.

Hic ponūtur tria cōmoda proueniētia ex vsu cerasoꝝ Primū est ꝙ. cerasa expurgant stomacum. Et istō scdm̄ quosdā verū est quādo simul cū eis nuclei teruntť qa sic

simul habẽt quandã vim abstersiuã ac mundificatiuã. Scõm ẽ q nucleus cerasoꝝ.i.arillus habet vtutẽ frãgẽ di lapidẽ renũ:vel vesice/ si siccus sumat. vel ex eo fiat lac. Terciũ ẽ q caro cerasoꝝ ẽ gñatiua optimi sanguis et ꝯfortans ac ĩpinguãs. Et istud exprimento cõprobat: q̃a videm⁹ passeres qui sũt aues multũ comedẽtes cera sa/q tpe cerasoꝝ habẽt epata multũ maiora q̃ alio tpe signũ g° est q magnificãt epar ⁊ confortãt. Circa istõ ta men est notanõ q duplicia sũt cerasa.s.grossa et parua. Grossa aũt adhuc duplicia.scilꝫ dulcia ⁊ põtica. Omia dulcia ⁊ parua sunt insana de facili corruptibilia.ac in corporib⁹ faciẽtia vermes. Grossa pontica dicunt cina/ et illa sũt adhuc duplicia.quedã sũt rubea ⁊ mollis car nis.⁊ talia debent recẽtia comedi:⁊ in principio mense ⁊ habent vim abstersiuũ stomachi.atqꝫ appetitũ incitã di. Alia sũt cina nigra ⁊ grossa satis dure carnis.et iter cetera maxime põtica:⁊ ista debẽt comedi in fine pran= dii/siue cene. Cuius causa ẽ q̃a ista sua põticitate quan= do in fine mẽse sumũtur/ claudũt orificiũ stomachi quo clauso digestio melior ac velocior fit.

Textus

Infrigidant/laxant.multũ prosunt tibi pruna

Cõmentum

Hic ponũtur due vtilitates ꝓuenientes ex esu pruno rũ. Prima ẽ q pruna infrigidãt corp⁹.⁊ ideo portegalẽ ses i calida regiõe existentes:in decoctione suarũ carniũ semꝑ cõmiscent pruna:⁊ maxime damascena. Scõa est q pruna laxant ventrẽ.⁊ hoc ẽ ꝓpter eoꝝ humiditatẽ ⁊ viscositatẽ.scõm Galienũ scõo alimẽtorũ. Et istud ẽ ve= rũ de prunis maturis. In crudis eni q̃ nõ sũt matura ẽ stipticitas.⁊ eoꝝ nutrimentũ ẽ paucũ.vt dicit auic.scõo canoĩs.ca.de eis. Et ista scõa vtilitas licet etiã multũ cõ ueniat prunis damascenis sicut ⁊ prima.maxime.tamẽ cõuenit prunis armenis.i. deportatis ex terra armenia q̃a meliora sũt oĩbus ⁊ vehemẽtius soluẽtia scdm̃ auic. loco ꝑallegato. Et pro maiori declaratiõe istarũ vtilita

tū sciendū ē q̄ pruna matura sūt ī v su: et nō īmatura. Pruna aūt magis nature ꝯueniētia sūt illa q̄ sūt figure ob lōge habētia carnē paucā ⁊ durā ad aliqualē siccitatē declinātia: ⁊ corticē exteriorē tenuē. ⁊ debēt esse ī sapore nōvere dulcedis: sʒ dʒ esse eoꝝ dulcedo attinēs alicui acredini: ⁊ hmōi sūt pruna damascena. talia enī pruna infrigidāt. vt dictū ē. Sūt autē multe alie manieries prunoꝝ. quoꝝ vsus nō est approbādus. Sūt etiā quedā prunella siluestria parua. q̄ crescūt in siluis: ⁊ nō sūt laxatiua: sʒ vētris restrictiua. ⁊ ex his fit aqua q̄ vētris restrictionē facit. Debēt aūt pruna q̄ sumunꝉ ꝓpter vētris laxationē primo poni ī aqua frigida. tūc enī ꝑfectius īfrigidāt ⁊ humectāt: ⁊ colerā quā īueniūt lubricādo soluūt et sic stomachꝰ melius disponiꝉ ad cibū recipiendū. Et ē diligēter notandū q̄ pruna humida recentia sūt magis alteratiua: q̄uis sint peioris nutrimēti ⁊ pluriū sup̄fluitatū: sʒ pruna sicca magis ꝯfortant: ⁊ melius nutrimentū dant corpori. Et sicut dictuʒ est de prunis. sic suo modo intelligatur de cerasis. Verū est tñ q̄ cerasorū huīditas ē subtilior ⁊ minus viscosa. vnde minus nutriūt q̄ pruna

Textus

Persica cū musto vobis datur ordine iusto
Sumere sic est mos nucibus: sociando racemos
Passula nō spleni tussi valet est bona reni

Cōmentum

In isto passu tria ponunꝉ documēta. Primū ē q̄ mustū ē bibendū cū ꝑsicie. vel ꝑsica comedēda sūt cū musto Causa prime partis ē q̄a mustū est multū calefactiuū et ebullitionē faciēs in corpore nostro. hanc autē ebullitionē ⁊ calefactionē ꝓhibent persica sua frigiditate. Causa scōe partis est q̄a persica sūt multū frigida: ⁊ corpus multū infrigidātia. gº sup̄ ipsa debet bibi illud vinū qd̄ plus calefacit. Illud autē est mustū quod scitur experiētia Et de ordine comedēdi persica et multis aliis dictum ē prius: ibi. Persica poma pira. Scdm documentū est q̄ racemi debent comedi quādo comedūtur nuces. ⁊ maxi

me antique ⁊ sicce. Recentes enī nuces sane sunt per se Sed ātique sicce nimiū exsiccant: ⁊ ꝓpter earū vnctuositatē de facili inflāmationē ī corpore inducūt: quare cū eis comedi debēt racemi qui resistūt inflāmationi ⁊ exsiccationi/cū humectēt. Et de nucibꝰ ample dictū est ibi Allea nux ruta. Terciū documētū ē ꝙ passula. idest vua passa nocet spleni: qa inducit opilationē eius. Sed vua passa vtilis est renibus: qa ex quo ipsa ē vrine ꝓuocatiua: ipsa est lauatiua renum. Ex multa enī aquositate ad renes ducta ipsi renes mundificātur. Et de vuis passis siue passulis etiā dictum ē supra: ibi. Nutrit ⁊ impiguat

Textus

Scrofa/tumor/glandes/ficus/cataplasmate cedit
Junge papauer ei confracta foris tenet ossa

Cōmentum

Hic ponunt due vtilitates ꝓuenientes ex emplastratione ficuū. Prima ē ꝙ ficus decocte ī aliquo liquore vi delz in aqua. ⁊ tunc supposite cū humiditate curāt istas tres egritudies. scilz scrofulas/glādes/ ⁊ tumores. Per scrofulas intelligunt inflationes sub mēto circa collum Et dicit scrofula a scrofa. quod idē est qđ sus/ siue porca. vel quia ista egritudo multū accidit porcis ꝓpter gulositatē eoꝝ. vel quia eius figura scđm plurimū assimulatur porcis. vt vult Auic. tercia quarti. tractatu scđo ca. de scrofulis. Per glādes vero intelligunt aptanta q̄ coīter solent accidere sub ascellis ⁊ inguinibꝰ. Et per tumorē possunt intelligi inflatioēs ī qualibet parte corporis. Unde pro istis aptātibus curādis ⁊ maxime maturādis debz decoqui ficus ī aqua ⁊ ipsi aque debet cōmisceri modicū aceti: vt acetū ciuue penetratōez v̄tutis ficꝰ et decoctiōe facta ficus debēt teri in mortario. ⁊ deinde misceri cū modica aqua: cū qua bullite sunt. vnde cataplasma ꝓprie ē medicina facta ex aliqua re: ⁊ succo eiꝰ. Juxta illđ metrū. Tūc cataplasma facis cū succū ponis et herbā. Scđa vtilitas ē ꝙ ficus cū papauere cataplasmate retinēt ossa fracta ⁊ debēt decoqui ī simul cū aqua

absqȝ appositiõe aceti. ⁊ debent simul teri ⁊ addi eis a= qua decoctiõis eaꝝ: ⁊ tũc supponi. Et causa istiꝰ põt esse q̄a papauer ē stupefactiuũ. et per illud tollit doloꝛ/q̄ ac= cidē solet ĩ fractiõe ossiũ: ⁊ ꝓuocat somnũ. Ficus similit facit moueri huĩditates ad exterioꝛa: q̄bus humiditati= bus ad ossa motis ossa possunt retinere ad nascentiã. nũ q̄ꝫ tamen vere cõtinuari. Aliqui tamen textus habẽt lo= co tenet trahit ⁊ tũc sensus ē melioꝛ. Unde papauer est triplex. s. albũ/nigrũ/⁊ rubeũ. Rubeũ autẽ est siluestre ⁊ venenosum: ⁊ crescit ĩ bladis ⁊ iuuenes solent terere flo res: ⁊ facere encaustum ex ipsis floribus.

Textus.

Pediculos venereq̄ȝ facit: sed cuilibet obstat

Cõmentum.

Hic ponũtur due op̄ationes ficuũ. Prima est q̄ꝫ ex co= mestione ficuũ sequit multitudo pediculoꝛũ ĩ corpoꝛibꝰ humanis. Et istud maxĩe veritatẽ habet de ficubꝰ siccis vt dicit auic. scđo canoĩs. ca. de ficubus. Et causa scđm eũ ibi ē ꝓpter maliciã ⁊ corruptionẽ humoꝛis generati ex eis. Et alia causa etiã põt esse: q̄a ficus ꝓuocant mul tũ sudoꝛẽ. ex quo sequit generatio pediculoꝝ. Scđa ope ratio ē q̄ꝫ ficus incitãt appetitũ coeũdi: quia generãt ven tositatẽ que iuuat ad erectionẽ virge: ⁊ similiter sũt mul tarũ super fluitatũ: ⁊ sperma augmentantes.

Textus.

Multiplicant mictũ ventrẽ dant escula strictum
Escula bona dura: sed mollia sunt melioꝛa.

Cõmentum

Hic ponũtur due vtilitates esculoꝝ. Prima ē q̄ꝫ mul= tiplicãt mictũ/siue vrinã. Cuiꝰ causa põt esse. q̄a ĩdurãt feces. ⁊ sic aquositas fecũ ē causa multitudĩs vrine. Uel põt sumi causa similis illi que sumit ex illo ãphoꝛismo vrina nocturna multũ facta modicũ secessũ significat ĩ die ⁊ ecõuerso. q̄ multas habuerit cameras nocturnas de mane habȝ paucã vrinã. Cuiꝰ causa ē: q̄a si multa fi at egestio: multũ de huĩditate q̄ trãsire deberet ad vesi=

cam simul cũ ea exit. Et si vrina fiat multa: multum de huiditatibus que transire deberẽt cũ egestione: ꝛ eã magnificare cũ vrina euacuant. Secũda vtilitas est ꝙ escula cõstipant ventrẽ. ꝛ istud accidit ꝓpter eorũ ponticitatem ꝛ stipticitatẽ. Ex quo infert textus ꝙ escula dura sũt bona. ꝛ hoc quia constringũt ventrẽ: ꝛ ergo prosunt vẽtri nimiũ laxato. Sed mollia escula sunt meliora duris q̃a melius nutriũt ꝛ minus ventrẽ ꝯstipant. Et circa istõ est sciendũ ꝙ escula minus competũt nutrimento q̃ꝫ poma/pira /persica/ficus/ꝛ similia quod satis ostendit austeritas saporis eoꝝ et duricies substãtie eoꝝ postq̃ꝫ ĩ arbore maturata sunt. ꝛ ergo ex his parũ debet comedi et magis recipi deb t via medicine q̃ꝫ cibi. Et quia v̉tus eorũ est stiptica valde/ satis competũt in fluxu ventris Et quia escula in arbore nõ mollescunt mollicie sufficiẽte ad esum. Ideo anteq̃ꝫ comedant remolliant. ꝛ tũc sũt magis delectabilia gustui ꝛ minus stiptica.

Textus.

Prouocat vrinã mustum. cito soluit: ꝛ inflat

Cõmentum

Hic ponũtur ꝓprietates tres musti. Quarũ prima ẽ ꝙ mustũ ꝓuocat vrinam. Cuius causa est: quia ĩ musto sũt partes terrestres introse mordicãtes vesicã cũ ad eã veniũt: et ꝓpter earũ mordicationẽ vesica citius nititur eas expellere ꝛ ipsũ mustũ. Et ista ꝓprietas intelligẽda ẽ de mustis habentib⁹ feces mordicãtes: sicut musta plurima renẽsia. q̃a musta habẽtia feces grossas nõ mordicãtes: sꝫ magis opilãtes/impediũt vrinã. sicut prius dictũ ẽ: ibi. Impedit vrinã. Scd̃a ẽ ꝙ mustũ cito soluit vel laxat ventrẽ ꝓpter eandẽ causã dictã in prima ꝓprietate. Tercia ẽ ꝙ est inflatiuũ ꝓpter ebullitionẽ quã facit in corpore: ex qua proueniũt vẽtositates. Et cause istarũ duarũ proprietatũ dicte sunt p̃rius: ibi. Impedit vrinã.

Textus

Grossos humores nutrit ceruisia. vires
Prestat: et augmentat carnem: generatq̃ꝫ cruorem

Prouocat vrinã: ventrem quoqꝫ mollit ⁊ inflat.
Infrigidat modicũ: sed plus desiccat acetum
Infrigidat macerat melanc. dat sperma minorat
Siccos infestat/neruos/⁊ pinguia siccat

Cõmentum

In hoc textu autor duo facit. primo ponit octo ꝓprietates ceruisie. quarũ prima ẽ ꝙ ceruisia facit in corpore nostro grossos hũores. Et istud maxime habet veritatẽ respectu vini. Et diuersificatꝰ ceruisia ĩ generãdo grossos hũores ex parte suoꝝ cõponentiũ. Nam ceruisia ex grossiori substantia grossiores humores generat ⁊ ex minus grossa minus grossos. Scda est ꝙ ceruisia augmẽtat vires. Et istd ẽ intelligendũ de ceruisia ex optimis granis ꝯposita ⁊ q̃ plurime decoctiõis ẽ cuiusmodi ẽ ceruisia oestrensis. Ista enĩ multũ nutritiua ẽ ⁊ ergo vires augmẽtat. Tercia ẽ ꝙ augmẽtat carnẽ. Et istud prouenit ꝓpter multã ciꝰ nutritionẽ. Quarta ẽ ꝙ multiplicat sanguinẽ eadẽ de causa. Et iste tres vltime ꝓprietates habẽt vitatẽ de ceruisia antiqua multũ decocta: ⁊ de optimis granis ꝯposita. Quĩta ẽ ꝙ ꝓuocat vrinã. Sexta ẽ ꝙ laxat vẽtrem. Et iste due ꝓprietates maxie habẽt vitatẽ de ceruisia clara multũ lupulẽta. i. ĩ qua plurimũ lupuli ĩponitꝰ cuiusmodi ẽ ceruisia amburgẽsis q̃ prouocat vrinã ⁊ laxat ꝓpter lupulũ. Ipa tamẽ nõ valet debilia cerebra habentibꝰ: q2 tales de facili ĩebriat propter multitudinẽ lupuli. Septima est ꝙ inflat ventrẽ. Et istud habꝫ veritatẽ de ceruisia modica decoctõe cocta. cuiusmodi est coyta hollãdie q̃ maxie inflat ⁊ opilat ⁊ propterea plurimũ ĩpingant. Octaua ẽ ꝙ ceruisia modicũ ĩfrigidat. cuiꝰmodi ẽ ceruisia hollãdie/brabãcie/hãnonie/⁊ flandrie ⁊ illa qua cõis homo vtitꝰ. Et ista proprietas maxime veritatẽ habet respectu vini. Et circa istud est sciendũ ꝙ ceruisia põt fieri ex auena ⁊ ordeo ⁊ ex frumẽto. Et scdm ꝙ fit ex alio ⁊ alio grano ẽ alterius ⁊ alteriꝰ ꝯplexiõis. Que enĩ fit ex ordeo plus attinet frigiditati quia ordeum est frigidum. Que autẽ fit ex ordeo ⁊ auena minus opilat et

minus generat vētositates ⁊ min⁹ nutrit Et q̄ fit ex frumēto p⁹attinet caliditati ⁊ magis nutrit ⁊ magis opilat Et quāto ceruisia ē grossior: tanto est deterior. ⁊ quanto subtilior: tāto melior. Et vlteri⁹ ē sciend̄ ꝙ pessima ceruisia ē q̄ fit ex rebus inebriantib⁹ puta ex grano qd̄ nominat̄ loliū/ q̄a ista maxīe dolorē captis generat ⁊ neruos ledit. Deinde ponit textus quinq3 ꝓprietates aceti. quarū prima ē ꝙ acetū exsiccat. Dicit eni auic. de eo secūdo canōis ꝙ est fortis exsiccatōis Et. ꝓpterea medici p̄cipiūt tēpore pestis vti aceto cū cibo: ⁊ similit̄ cū potu. Dicit enim Auicenna. tercia primi i ca. vnico. doctrine quīte. Aceto preterea in cibo ⁊ potu vti in pestilentia est nocumenti ipsius securatio. Secūda est ꝙ acetum infrigidat proprietate que in eo est. Tercia est ꝙ macerat. id est facit hominē macrū. Et ratio est quia exsiccat. Et istd̄ maxime verum est de aceto in ieiuno stomacho sumpto vt vult Auicēna. tercia primi. doctrina quarta. cap̄. quinto de extenuatione crassi. Uerum est tamen ꝙ assiduus vsus aceti maxime in ieiunio multa inducit incōmoda: visum debilitat/ pectus offendit/ tussim cōmouet/ stomachum ⁊ epar ledit/ neruos et iuncturas vehemēter opprimit/ has arteticis doloribus tremoribus et paralisibus vexans. Quarta est ꝙ acetum generat melancoliā: eo ꝙ humores infrigidat et exsiccat. Quinta est ꝙ acetum minorat sperma ꝓpterea quia exsiccat infrigidat macerat. Et istas proprietates aceti ponit Rasis tercio almasoris dicēs. Acetum frigidum est et siccum quod ⁊ maciē efficit et vires destruit. sperma quoq3 minuit. et coleram corroborat nigram: rubeam vero colerā ⁊ sanguinem debilitat ciboſq3 quibus admiscetur subtiliat. Deinde in vltimo versu autor subdit tria. Primū est ꝙ acetum nocet macris. Et ratio est quia acetum exsiccat et sic addit in macredinē simile enim additum suo simili facit ipsum furere. Et etiam omnis complexio lapsa per contrariū medicatur. et per simile deterioratur. Secundum est ꝙ acetum nocet neruis. vt dicit Auicenna

secūdo canonis ca. de co. Terciū est q̄ acetū macerat vt dictum est.

Textus.

Rapa iuuat stomachū: nouit producere ventū.
Prouocat vrinā faciet quoqꝫ dente ruinam.
Si male cocta datur hinc tortio tunc generatur.

Cōmentum

In hoc passu ponūtur primo tres vtilitates rape tēperate cocte ⁊ vnū eius nocumentū. Prima vtilitas est q̄ rapa iuuat stomachū quia bene digerit̄ a stomacho nec ipse ea grauat̄. Secūda ē q̄ rapa est ꝓuocatiua vēti quod patet experimēto. Tertia est q̄ rapa ē ꝓuocatiua vrine. Preter tamen istas ꝓprietates vult auer. q̄ magnā proprietatē habet in cōfortando visum. Nocumentū vero raparū est q̄ assiduatio raparū nocet dentibus In vltimo autē versu subdit̄ q̄ rapa male cocta torciones facit in corpore: quia multiplicat ventositates. Iuxta illud. Ventū sepe rapis si tu vis viuere rapis. Et est sciendū q̄ caude raparū fortiter ventrē laxant. Pro maiori noticia sciendū est q̄ rape inter radices magis conueniūt ad corporis nutritionē: quod satis ostenditur ex amicabilitate sui saporis. Hec enī cōplexio est omibus eduliis q̄ amara ⁊ pūgitiua minus alimentū dant corpori et dulcia magis: quia ergo rape radicibus aliis sūt dulciores et minus pūgitiue magis competūt via cibi: sꝫ generant sanguinē grossum melancolicū si digestiua sit debilis. Et bonū ē q̄ depurētur a prima aqua: ⁊ nullomodo debent comedi crude. Et incitant ad coytum et vias mundificant vrinales.

Textus.

Egeritur tarde cor digeritur quoqꝫ dure
Similiter stomachus melior sit in extremitates
Reddit lingua bonū nutrimentū medicine
Digeritur facile pulmo cito labitur ipse
Est melius cerebrū gallinarū reliquorum

Cōmentum

In isto passu notant͂ quinqꝫ. Primū est ꝙ cor aīaliū comestū tarde digerit͂ ꝛ tarde etiā egeritur. Et ratio est q̄a caro cordis est caro melācolica que difficulter digeritur ꝛtarde descēdit. Et nō est caro bona scōm auic. secundo canoīs. ca. de carne. ꝛ nō multū nutrit vt dicit rasis tercio almasoris. Scōm ē ꝙ stomachus similit͂ ē male digestioīs ꝛtarde descensionis. Cuius ratio est q̄a stomachus ē mēbrum neruosū cartillaginosū quare difficile digerit͂. Et ergo etiā nō generat bonū sanguinē. Deinde subdit textus ꝙ stomachus ī eius extremitatibꝰ scilicet quo ad eius fundū ꝛorificiū melius digerit͂. Cuius ratio ē q̄a in illis ꝑtibus magis carnosus ē ꝛ magis pinguis. Terciū ē ꝙ lingua ē boni nutrimēti. ꝛ hoc quo ad eius radicem. vt vult auic. scdō canoīs cap̄. de carne. Et ratio ē q̄a ē facilis digestioīs ꝛ carnosa. Et int͂ reliquas linguas: lingua porcelli que ablata eius pelle equiparatur carni apri. vt sciūt scindentes ante pricipes. Lingua tn̄ bouis nō ē multū sana ꝓpter eius nimiā humiditatē Lectores tn̄ linguis vti volētes ante earū assationē īponūt gariofilos quibꝰ hūiditas linguarū minuit͂ ꝛ sic aptiores sūt esui. Quartū est ꝙ pulmo facile digerit͂ et facile egerit͂. Et istud est propter eius raritatē ꝛ molliciē Verū est tamē ꝙ eiꝰ nutrimentū nō est cōueniēs nature hūane q̄a parū ē ꝛ fleumaticū vt dicit auic. scdō canoīs ca. de eo. Et circa istud est sciendū ꝙ pulmo arietis q̄uis nō sit bonus cibus est tamē bona medicina q̄a sanat excoriationē calcanei ex calciamēto si ponat͂ super ipsam calidꝰ vt dicit auic. loco ꝑallegato. Quintū ē. ꝙ cerebrū galline inter omīa cerebra est melius. de quo dicit auic. scdō canoīs ꝙ prohibet fluxū sanguīs nariū. Debet tn̄ cum sale aut cū speciebus comedi q̄a de se vomitū prouocat. Et circa istud sciendū est ꝙ de cerebro pulloꝝ dicunt medici ꝙ augmentat memoriā. Cerebra vero porcorū nature non sūt cōuenientia sed cerebrū ouis leporis vel cuniculi cū sale vel speciebus comedi potest. Et de cerebro amplius dictū est ibi. Nutrit et impinguat.

96

Textus

Semen feniculi fugat et spiracula culi.

Cōmentum.

Hic ponit vnū documentū ꝛ est ꝙ semē feniculi quod dicit maratrū expellit ventositates aut eas dissoluit. Et ratio est qꝛ ē calidū ꝛ siccū ꝛ carminatiuū. Et circa istō est sciendū ꝙ a coībus quatuoꝛ tangūtur vtilitates, puenientes ex esu maratri siue seminis feniculi. Prima est ꝙ confert febꝛibus. Scd̄a est ꝙ pellit venenū. Tertia est ꝙ mundificat stomacū. Quarta est ꝙ acuit visū. Et de isto solēt dari isti v̉sus coēs Bis duo dat maratrū febꝛes fugat atꝙ venenū. Et purgat stomachū. lumē quoꝙ reddit acutū. Et istas quatuoꝛ vtilitates tāgit etiā auic. scd̄o canoīs loquēs de feniculo. Et circa quartā vtilitatē nota ꝙ auic. loco ꝑallegato de semīe feniculi dicit. Democritus quidē existimauit ꝙ venenosi v̉mes pascūt feniculi recentes semē vt eoꝝ visus ꝯfoꝛtet et vipere ꝛ serpētes fricant oculos suos cū egrediūtur de cauernis suis post hyemē super ipsū vt illuminent oculi Sciendū vlterius ꝙ feniculus tarde digerit. male nutrit/ ꝛ parū et ergo nō cōpetit via cibi: sed magis via medicine. Nō igitur vtendū ē eo in regimīe sanitatis nisi ad coꝛrectionē malicie quoꝛumdā alioꝝ ciboꝝ sicut interdū cū lactuca comedim⁹ petrosilinū ad resistendū frigiditati ꝛ hūiditati lactuce. sic etiā cū cucurbitis potest decoqui fenicul⁹ ꝛ similiter cū rapis ad coꝛrigendū maliciam earum.

Textus.

Emendat visum stomachū ꝯfoꝛtat anisum

Copia dulcoꝛis anisi sit melioꝛis.

Cōmentum

Hic ponūtur due vtilitates anisi. quarū pꝛima est ꝙ anisum cōfoꝛtat visū. Scd̄a est ꝙ anisū ꝯfoꝛtat stomacū Cuius causa ē qꝛ anisū mūdat stomachū a fleumatib⁹ ꝛ ipsū calefacit. Et ꝓpterea etiā confert visui qꝛ nichil est quod visui magis nocet ꝙ̄ imundicia stomachi qꝛ a stomacho imundo eleuant fumi imundi q̄ oculis nocēt

perturbãdo spũs visiuos. Et ista duo iuuamẽta facit anisũ dulce. Et preter istas vtilitates auic. scđo canonis ca. de aniso plures alias vtilitates anisi ponit. vult eni ibi quod anisũ est aperitiuũ/doloꝝ sedatiuũ et ventositatũ resolutiuũ sedatiuũ sitis causate ex hũiditatibus salsis aperitiuũ opilationũ epatis et splenis generatiuũ ex hũidita tibus et similiter renũ vesice et matricis ꝓuocatiuũ vrine et menstruoꝝ et mundat matricem a fluxu humiditatum albarũ et est motiuum coitus

Textus.

Si cruor emanat spodiũ sumptũ cito sanat.

Cõmentum.

Hic ponit vnũ iuuamentũ spodii. Et ẽ quod spodiũ sumptũ sanat fluxũ sanguinis. Cuius causa potest esse quia spodiũ habet virtutẽ propriã ꝯfortandi epar et sic fortificato epate quod est fons et origo sanguis: sanguis melius ab eo retinet. Et dicit auic. scđo canonis ca. de spodio quod spodium est radices cannarũ aduste. Dicit eni quod ipse aduruntur propter fricationẽ suarũ extremitatũ cũ ventus eas perflat. Simon tñ ianuensis dicit quod spodiũ est res cuius origo nos latet res tñ adusta videtur et di uisiones cannarũ adustarũ. Et nedũ spodiũ ꝯfert ĩ nimio fluxu sanguis ymmo etiam in nimio fluxu vẽtris et vomitu. vt dicit rasis tercio almasoris. Et cõfert etiã in febribus acutis cõfortat et tremori eius et sincopi facte ex effusione colere ad stomachũ auxiliatur vt vult auic. loco preallegato. Et est sciendũ circa predicta quod sicut spodium habet aspectũ ad epar et proprietatẽ ꝯfortandi ipsum ita sũt alique medicine que habẽt similẽ aspectũ et similem proprietatẽ confortandi aliqua alia mẽbra specialia sicut macis cor muscus cerebrũ liquiricia pulmonẽ caperes splenẽ et galanga stomachũ. vt patet ĩ hiis versibus. Gaudet epar spodio mace cor cerebrũ quoque musco. Pulmo liquiritia/splen/cap/stomacusque galanga.

Textus.

Vas cõdimenti preponi debet edenti.

Sal virus refugat: ⁊ non sapiduꝗ saporat.
Nam sapit esca male que datur absꝗ sale
Urunt per salsa visum: spermaꝗ minorant
Et generant scabiem pruritum siue vigorem.

Cōmentum.

In hoc textu tria fiunt. primo ponitᷣ vnū documentū gn̄ale quod obseruatᷣ apud omēs ⁊ est ꝙ vas ꝯdimēti scilicet salis quod coī nomīe saliuū dicitᷣ debet preponi in mensa ipsi edenti. Juxta illud cōe metrū. Sal primo poni debet primoꝗ reponi. Omīs mēsa male ponitᷣ absꝗ sale. Scđo tanguntᷣ duo iuuamenta salis primū ē ꝙ sal resistit veneno. Cuius duplex pōt esse causa. vna est ꝗa sal exsicatiuū est ⁊ sic sua siccitate exsiccat hūiditates ex quibus pōt sequi corruptio. Alia causa ē ꝗa sal exsiccat ⁊ cōprimit hūiditates a corpore extrahēdo ⁊ sic claudit poros ⁊ ꝑ ꝯsequens ꝓhibet penetrationē veneni ꝗ̄ fieri deberet ꝑ poros. Scđm iuuamentū salis ē ꝙ sal iducit saporē in cibariis. Nam coīter videmus ad sensū ꝙ nulla cibaria sapiūt sine ꝯmixtione salis: vt dicit tercius versus. Tertio ponuntᷣ quatuor nocumēta salis siue cibariorꝫ valde salsorꝫ. Primū est ꝙ cibaria valde salsa vrunt visū. i. deꝑdunt visū vel nocent visui. Cuius causa potest esse duplex Prima est ꝗa res nimiū salse inducūt nimiam siccitatē ꝗ̄ est ꝯtraria oculis qui sunt instrumēta visus cū oculi sint de natura aque. vt dicitᷣ in de sensu ⁊ sēsato. Scđa causa ē quia cibaria multū salsa sūt pruratiua ⁊ mordicatiua modo vt superius dictū est a cibariis mordicatiuis ī stomacho existētibus eleuantᷣ fumi mordicatiui ꝗ̄ sui morditiōe oculis nocēt ac ipos multū rubificant. Et ergo videmus ꝙ bulliētes sal: rubeos ꝯmuniter habēt oculos. Scđm nocumentū ē ꝙ cibaria multū salsa minorāt sperma. Et ratio est ꝗa cibaria multū salsa multū exsiccant omēs humiditates corporis quare etiā sperma exsiccatᷣ ⁊ sic minoratᷣ. Tertiū nocumētū est ꝙ generant scabiē. Cuius ratio est ꝗa sal generat humorem acutum mordicatiuū adustū qui est causa scabiei.

Quartũ nocumentũ est q̃ augent pruritũ. Et ratio ē q̃a generãt humorē mordicatiuũ ⁊ pruritiuũ. Et ista quatuor nocumēta cõmemorat rasis. tercio almasoris de sale dicens. Eorũ p̄terea sanguinē qui multũ ex eo sumpserint q̃titatē adurit. visum quoq̧ debilitat atq̧ minuit sperma: ⁊ generat pruritũ ⁊ scabiē. Et p̄ter ista nocumēta p̄salsa. idest multũ salsa/inducũt serpigenes/impetigenes/morpheam/leprã/in dispositis: ⁊ vias vrine excoriant: cũ diu cõtinuant. Moderate aũ salsa fastidiũ auferunt ⁊ appetitũ excitant atq̧ acuunt.

Textus.

Hi feruore vigent tres. salsus/amarus/acutus/
Alget acetosus sic stipans ponticus atq̧
Unctus ⁊ insipidus dulcis dant temperamentũ

Cõmentum

In hoc textu ponũtur qualitates cuiuslibet saporis. Et primo dicit̃ q̃ isti tres sapores scilʒ salsus/amarus/⁊ acutus: calefaciũt corpus sumētis ipsos. Scdo dicitur q̃ isti tres sapores scilʒ acetosus/stipticus/ ⁊ põticus ī frigidãt. Tercio dr̃ q̃ isti tres sapores scilʒ vnctuosus/insipidus/⁊ dulcis: sũt tēperati. nec inducũt in corpore caliditatē aut frigiditatē. Et pro intellectu ampliori sciēdũ est q̃ scd̃m Auic. scd̃o canonis. tractatu primo. cap. tercio. Octo sũt veri sapores qui sequũtur insipidũ. Et sũt dulcedo/amaritudo/acuitas/salsedo/acetositas/põticitas/stipticitas/⁊ vnctuositas. Enumerãdo tñ insipiditatē pro sapore: sicut textus facit hic. tũc sunt nouē sapores. Et tũc capit̃ sapor pro om̃i eo q̃ gustu iudicatur. Et inter istos sapores tres sũt calidi. vt dicit hic textus. scilʒ salsus/amarus/⁊ acutus. Et scd̃m Auic. loco p̄allegato. Acutũ ē calidius. deinde amarũ. ⁊ deīde salsũ: qm̄ acutũ ē fortius ad resoluendũ incidendũ ⁊ abstergendũ q̃ amarũ. ⁊ deinde salsũ est sicut amarũ confractũ cum huiditate frigida. Et tres de istis saporibus sũt frigidi. scilʒ acetosus/stipans/idest stipticus ⁊ põticus. Ponticus tamen ceteris frigidior. deinde stipticus: ⁊ postea aceto=

sus. Et propter istud in omnibus fructibus q̄ dulcescūt prius est ponticitas vehementis īfrigidationis deinde postq̄ per calorem solis digestiuū aliquom° digesti sunt fructus apparet in eis stipticitas. ⁊ deinde declinant ad acetositatem sicut agresta ⁊ postea dulcescūt. Et licet acetosū sit minus frigidū q̄ stipticum: tamen propter sui subtilitatē ⁊ penetrationē ī pluribus est maioris infrigidatiōis. Et scd̄m auic. loco p̄allegato pōticū et stipticū sūt ī sapore ꝓpinqua: sed stipticū nō ↄtrahit linguā: nisi quo ad supficiem apparentē. s; ponticū cōtrahit ⁊ exasperat qd̄ apparet ī lingua. s. superficiem ⁊ occultū scil; interiora eius Et tres de istis saporibus sunt tēperati. i. nō excedentis caliditatis vel frigiditatis. sicut dulcis vnctuosus ⁊ insipidus. Licet enī dulce sit calidū tamen in eo non apparet fortitudo caliditatis. sicut dicit rasis tercio almasoris. Et est sciendū vlterius q̄ vnicuiq; sapori proprie debent operatiōes vt volūt Auic. ⁊ Rasis locis p̄allegatis. Oꝑationes enī dulcis scd̄m Auic. sunt digestio ⁊ lenificatio ⁊ multiplicatio nutrimēti ⁊ natura diligit ipsū ⁊ virtus attractiua attrahit ipsū. Et scd̄m rasim dulce est generatiuū multe collere rubee ⁊ opilationū ī epate ⁊ splene ⁊ flegmonis precipue si p̄dicta mēbra ad hoc fuerint apparata. Et vētris fluxus ex ipso sequitur ⁊ mollificat stomachū. ⁊ cōfert pectori ⁊ pulmoni. corp⁹ impinguat. ⁊ augmentū spermatis tribuit. Operatōnes vero amari scd̄m auic. sunt obstersio ⁊ exasperatio. Et scd̄m rasim. Amarū calefacit ⁊ desiccat fortiter. cito sanguinē ad adustionē ⁊ maliciā perducit colerā quoq; rubeam in sanguine augmētat. Operatio vero pontici secundū auic. est ↄtractio si ponticitas sit debilis aut exp̄ssio si sit fortis. Et secūdum rasim ponticum corpus infrigidat ⁊ desiccat. carnis et sanguinis minoratōnem facit si multociens aliquis eo vtatur stomachū quoq; cōfortat et frequenter ventrem constringit et sanguinem generat melācolicum. Operationes vero stiptici secundū Auic. sunt cōtractio inspissatio induratio ⁊ retent io

Et scôm rasim opationes eius sũt sicut põtici licet debi liores: qa ipe videt ꝯprehendẽ stipticũ sub põtico qa de stiptico nihil dicit expsse Opatioẽs võ vnctuositatis scõꝫ auic. sũt lenificatio lubrificatio ꝛcoctio. i. digestio parua Et scdm̃ rasim vnctuosũ stomachũ mollificat ꝛventris facit fluxũ ꝛsacietatẽ anteꝙ hõ cibi ꝙtitatẽ sibi necessariã assumat adducit ꝛ callefacit maxime tñ febricitãtes ꝛ habentes epar ꝛstomachũ calidũ. Corpus etiã humectat ꝛ lenit fleuma võ auget ꝛ cogitationẽ habentẽ reddit ꝛauget somnũ. Opationes võ acuti sũt resolutio icisio ꝛ putrefactio scdm̃ auic. ꝛscdm̃ rasim. Acutũ calorẽ auget ꝛ corpus cito inflãmat ꝛsanguinẽ adurit ꝛipsum prius in colerã rubeã mutat ꝛpostea in nigrã. Opationes salsi scdm̃ auic. sunt abstersio ablutio exsiccatio ꝛ ꝓhibitio putrefactionis. Et scõm rasim decẽ sũt in textu ĩmediate ꝑcedenti. Opationes võ acetose sũt scõm auic. infrigidatio ꝛ incisio. Et scõm rasim acetosũ colerã rubeã ꝛsanguinẽ reprimit ꝛventrẽ stringit si stomachus ꝛ intestina mũda fuerit. Si aũt fleumatis ĩ eis fuerit multitudo vẽtris facit fluxũ ꝛ corpꝰ infrigidat. virtutẽ quoqꝫ digestiuã debilitat ꝛ ꝓprie in epate. Neruis võ ꝛ neruosis mẽbris nocumentũ affert ꝛ corpꝰ desiccat. virtutẽ aũt appetitiuã excitat. De opationibus vero ĩsipidi dicit rasis ꝙ aliquod est insipidũ quod magis nutrit scilꝫ qđ equalitati magis vicinũ est. Aliud ẽ qđ tẽperate calefacit ꝛ aliud qđ tẽperate infrigidat ꝛ si cũ ipo fuerit multa hũiditas humectabit. si vero siccum fuerit desiccabit.

Textus.

Bis duo vipa facit. mũdat dentes. dat acutum
Uisum. quod minus est implet. minuit quod abundat.

Cõmentum.

visus vt patet ad experientiā ꝛ hoc ideo quia vehemēs sensibile non proporcionatū sensui sicut radii solares corrumpūt sensum. Decima quinta est coitus: ꝛ maxime post nimiā repletionē/ vel magis post nimiā vacuitatē ꝛ inanitionē. ꝛ de ista re dictū est. Decimasexta est ignis cuius inspectus causat siccitatē vehementē in oculis et sic ledit visū ꝛ etiā ledit propter claritatē eius. Et ergo cōmuniter videmꝰ fabros et illos qui cōtinue corā igne operanꝫ rubeos aut debiles habere oculos: Decimaseptima ē minus labor quia talis etiā vehemēter exsiccat Decimaoctaua est percussio cōtra oculos que ledit oculos ꝛ v sū q̄a facit sanguinē ad oculos fluere: spiritū visiuum perturbantē: ꝛ aliquādo apostema generantē. Decimanona ē minus vsus rerū acutarū videlicet vti diuersis salsamentis acutis. ꝛ hoc propter acuitatatē fumoꝝ ex ipis generatoꝝ. Uicesima est puluis siue ambulare ī locis puluerulentis: in quibus de facili puluis ad oculos peruenit ꝛ visum offuscat. Uicesima prima ꝛ īter ceteras magis ledens oculos et visū est nimiū vigilare q̄a vigilie nimie/ nimiā siccitatē ī oculis inducūt. Et ī generali oīs repletio nocet oculis. similiꝫ om̄e qđ exsiccat naturā et om̄e qđ turbat sanguinē ex rebus salsis acutis ꝛ aliis ꝛ oīs ebrietas. Uomitus v̄o cōfert ei inq̄tū purgat stomachū ꝛ nocꝫ ei inq̄tū mouet materias cerebri expellēdo eas ad ipsū. Et gº si fuerit vomitus necessarius debet fieri post cibū cū facilitate. Et similiꝫ sōnus sup̄fluus nocet visui ꝛ sōnus statim post repletionē. ꝛ multitudo fleubothomie ꝛ proprie cum ventosis continuis. Et istud colligitur ex Auic. tercia tercii tractatu quarto ca. quarto de rememoratione rerum visui nocentium. vbi etiam auic. plures ex causis in textu narratis exprimit.

Textus

Feniculus/ verbena/ rosa/ celidonia/ ruta.
Ex istis fit aqua que lumina reddit acuta

Cōmentum.

Hic tanguntꝫ quīq3 res medicinales/ quarū aqua cō=

fert visui. Prima ē feniculus cuius succus in oculo po=
situs acuit visum scdm Rasim tertio almasoris. Scdā
est verbena cuius aqua a cōmunibus medicis ponitur
in receptis valentibus ↄtra debilitatē visus Tercia ē ro
sa cuius aqua confortādo spm animalē pōt confortare
visū. Quarta ē celidonia. ⁊ ē herba habēs succū citrinū
Et dr celidonia, quasi celica dona donās Quīta ē ruta ⁊
ē herba cōis ⁊aque istarū duarū herbarū similr valent
vt ex cōibus autorib⁹ medicine patet. Et de plurib⁹ ista
rū herbaꝝ prius ī diuersis passibus dictū est amplius·

Textus

Sic dentes serua porrorum collige grana
Ne careas iure cum iusquiamo simul vre
Sicqꝫ per embotum fumū cape dente remotū

Cōmentum.

Hic ponunt aliq̄ medicine valētes ad dolorē dentiū
Et dicit textus ꝙ semīa poroꝝ ⁊ iusquiamus simul vsta
valēt ī dolore dentiū. Et debēt sic admīstrari succ⁹ ius=
quiami cū semibus porroꝝ debēt simul ↄburi. ⁊ fumus
istoꝝ ꝑ embotū recipi in illa parte ī qua ē dolor dentis
Jn iusquiamo enī ē v̄tus stupefaciēdi ⁊sic ex stupore do
lor nō percipit. Et ī fumo semīs porri ē v̄tus inficiendi
⁊ eiciendi vermes q̄ aliquādo in cōcauitatib⁹ dentiū exi
stētes intollerabilē faciūt dolorē. Et istō dicit auic. scdo
canōis ca. de porro. Et ē porrū herba nota. Et iusq̄am⁹
ē herba stupefactiua habēs longa folia pinguia ⁊fetida

Textus

Nux/oleum frigus capitis/anguillaqꝫ potus
Ac pomū crudum faciūt hoīem fore raucum.

Cōmentum.

Hic ponūtur sex cause raucedinis vocis. quarū prima
ē nux. i. comestio nucū q̄a nuces multū exsiccāt ⁊ergo vo
cem exasperant ⁊ faciūt eā similē vocibus gruū. Scda ē
oleū cuius vsus pōt inducere raucedinē q̄a ꝑtes eius ali
que viscose adherent ipi canne pulmonis faciētes rau=
cedinem. secundo potest inducere raucedinē, in corpori

bus colericis q̄a oleum in talibus cito inflāmatur ꝛ sic inducit ex tali calefatione exsperationem ꝛ raucedinem Prima tamē causa videtur melior. Tercia est frigus capitis. Cuius causa est q̄a ex frigore capitis fit cōpressio cerebri ex cuius ꝯpressione fluūt humores deorsum versus gut꞉ ꝛ cannā pulmonis inducētes raucedinē propꝑ nimiā humectationē cāne Quarta ē āguilla siue comestio anguille quia ex esu eius fleumata viscosa multiplicātur que ꝯueniētia ad cannā pulmonis illic adherent inducentes raucedinē. Quinta est potus nimius ꝛ maxīe quando itur dormitū. Cuius causa est q̄a ex tali canna pulmonis etiā multū humectaꝛ. Jam vehemens humectatio cāne pulmonis potissima est causa raucedinis vocis scdm omēs medicos. Sexta ē pomū crudū quia inquātum crudū multiplicat fleumata. Et si sit cum hoc īmaturum stipticum siue ponticum guttur exasperat.

Textus.

Jeiuna/vigila/caleas dape/valde labora
Jspira calidum /modicū bibe/cōprime flatū
Hec bene tu serua si vis depellere reuma
Si fluat ad pectus dicatur reuma catarrus
Ad fauces brancus ad nares esto corisa.

Cōmentum

Hic tangūtur septem quibus curatur reuma Primū est abstinētia siue ieiuniū quia per hoc materia reumatis diminuitur quia abstinentia exsiccat ꝛ materia melius maturatur ꝛ cōsumitur quia natura nō habēs materiā cibalem in quā agat agit in materiam reumatis ꝛ consumit eam ꝛ caput minus repletur. Et ergo dicit auicēna quīta tercii tractatu primo capitulo decimoctcio Et propter quidē ne patiens catarrū ꝛ corisā repleat vētrem cibis quare repleaꝛ caput eius. Scdm ē vigilia q̄a illa etiā est exsiccatiua cerebri ꝛ ꝓhibitiua assēsus multoꝝ vapoꝝ ad caput. Terciū est cibi calidi q̄ etiā iuuāt in reumate cū est ex materia frigida q̄a p illos etiā tunc digeriꝛ materia frigida. Quartū est multū laborare q̄a

per hoc etiā consumit materia reumatis:q̄a labor mul-
tus exsiccat superfluitates corporis. Et loco illi⁹ dictio-
nis valde quidā textus habent veste: ꝛ tūc sensus est ꝙ
in cura reumatis etiā valet calore vestibus. et hoc etiaꝫ
verū est: maxime tamē quādo materia reumatis est fri-
gida. Quintū est inspiratio aeris calidi: et hoc maxime
in catarro ex materia frigida quia per aerē inspiratum
calidū tūc calefit materia ꝛ maturat. Sextū est modicū
bibere ꝛ pati sitim. quia per hoc etiā materia reumatis
consumit cū sitis siue modica bibitio exsiccat. Et etiam
per modicā bibitionē caput nō repletur sicut per mul-
tum potū. Septimū est cōprimere flatum. idest retinere
anhelitū. Istud enī valde bonū est in catarro: maxime a
causa frigida. quia per istā retentionē anhelitus calefi-
unt pectoralia. ꝛ sic melius digerit materia frigida fleu
matica faciens catarrū. Et plurima istoꝝ et alia tangit
auic. loco p̄allegato dicens. Oportet vt assiduet calefa-
ctionē capitis ꝛ elongationē eius a frigore ꝛ minuat ip-
sum a septentrione ꝛ ꝓprie post austrū. Auster enī re-
plet ꝛ rarificat ꝛ septentrio cōstringit ꝛ exprimit ꝛ mi-
noret potū aque cōgelate: neqꝫ dormiat in die ꝛ sitiat ꝛ
famē patiatur: ꝛ vigilet q̄tum potest qm̄ sunt initiū cu-
re. Rasis vero nono almasoris vult ꝙ patiens reuma
debet cauere ne iaceat supinus. Et ratio est ne per illuꝫ
decubitū materia fluat ad partem posteriorē. et cū pars
posterior nō habet manifestos meatus per quos mate-
ria fluat/timet ne fluat ad neruos: et faciat spasmū vel
paralisim. Et similiter debꝫ abstinere omīno a vino: q̄a
vinū est vaporosum. Et cū multū sit calidū dissoluit ma
teriam ꝛ auget reuma. Et similiter nō debet stare ad so-
lem aut ad ignem. quia sol ꝛ ignis dissoluendo materiā
etiam augent reuma. Deinde textus in duobus vltimis
v̄sibus ponit differentiā inter ista tria nomīa. scilꝫ ca-
tarrus/brancus/ꝛ coriza. Et stat differentia in hoc ꝙ ē
fluere materiā ad aliam: et aliā partem. Unde reuma ē
nomen cōmune ad omnē fluxū materie de vno mēbro

ad aliud. Et ergo dicitur reuma quasi ruens materia. In cõmuni tñvsu capit̃ solũ pro noĩe cõi ad omẽm fluxum materie a capite. Et cõtinet sub se istas tres species scilꝫ catarrũ brancũ ⁊ corizam. Unde si.illa materia fluat ad pectus vel mẽbra vicina dicit̃ catarrus. Si v̊o ad fauces brancus. Sed si fluat ad nares dicit̃ coriza.

Textus

Auripigmentũ sulphur miscere memento
His decet apponi calcem cõmisce saponi
Quatuor hec misce cõmixtis quatuor istis
Fistula curatur quater ex his si repleatur

Cõmentum.

In hoc textu ponit autor medicinã curatiuã fistule dicensq̃ emplastrũ factũ ex auripigmeuto sulphure calce ⁊ sapone simul mixtis curat fistulã. Cuius causa est q̃a in istis est virtus exsiccatiua ⁊ mũdificatiua que intentiones necessario requiruntur in curatione fistule. De auripigmento dicit platearius q̃ est calidũ ⁊ siccum in quarto gradu dissoluit attrahit cõsumit ⁊ mũdificat. Et sulphur ⁊ sapo scðm eum etiam calida sunt ⁊ sicca. sulphur tamen vehementius quia est calidum ⁊ siccum in quarto. sapovero nõ. De calce dicit. Auic. q̃ calx abluta est exsiccatiua sine mordicatione ⁊ cõsolidat. Notandũ circa istud q̃ fistula est vulnus assidue ⁊ periodice fluens. i. scðm diuersa tẽporavel scðm diuersas lunatiões. Auripigmentũvero est illud quo vtunt̃ sculptores quo faciunt adherẽ es siue metallũ lapidibus. Sapo vero. i. smigma est illa pinguedo alba siue nigra qua mulieres lauant ⁊ mundant vestes. Alia vocabula nota sunt.

Textus

Ossibus ex denis bis centenis q̃ꝫ nouenis.
Constat homo denis bis dentibus ⁊ duodenis
Ex tricentenis decies sex quinq̃ꝫ q̃ꝫ venis.

Cõmentum.

In hoc textu autor ponit numerũ ossium dentiũ ⁊ venarũ humani corporis. Et dicit primo q̃ homo constat

ex ducentis ꝛnouēdecim ossibus. Scōm tamē solemnes medicine doctores vt ypocratem/ galienū/rasim/auerroim/ꝛ auicennā ossa homis sunt ducenta ꝛquadragintaocto. licet in particulari enumeratiōe ossiū discōueniant. Et istud vult ille cois versus. Ossa ducētena sūt atq quater duodena. Scdo dicit ꝙ hō debet habere triginta duos dentes. Et. istud intelligendū est coiter ꝛvt plurimū in hoibus ꝑfectis. Aliquādo enī cōtingit aliquos hoies nō habere dentes quatuoꝛ extremos: q̇ sunt post molares. ꝛ in talibꝰ dētes sunt vingītiocto tantū Et aliq̇ carent his dentibꝰ vltimis in puericia tantū. Alii ī puericia ꝛ iuuentute ita ꝙ nō eis nascunt donec sint senes Alii tota vita. Circa istō sciendū est ꝙ scōm auic. prima ꝑmi doctrina quita sūma prima ca. de anathomia dentiū Inter istos dentes duo vocant duales. ꝛ sūt duo dentes āterioꝛes ꝛduo quadrupli iuncti dualibꝰ a dextris ꝛ sinistris. ꝛ tam duales ꝙ̄ quadrupli sūt duo ī supioꝛi mandibula: ꝛ duo in īferioꝛi. ꝛ sūt oēs oꝛdinati ad īscidendū ꝛ ideo aquibusdā inscisoꝛes vocant ꝛspecialiter duales Et post istos dentes sūt duo dentes qui vocātur canini superius: ꝛduo inferius imediate cōiuncti quadruplis ꝛ officiū eoꝝ est frangere dura Et post illos sunt quatuoꝛ dentes molares a dextris ꝛ a sinistris quatuoꝛ tam ī superioꝛi ꝙ̄ inferioꝛi mandibula. Et post istos ī aliquibus est dens vnus sēsus tam a dextris ꝙ̄ a sinistris: ꝛ tam in inferioꝛi ꝙ̄ a superioꝛi mādibula. ī aliquibus v̓o nō. Et sunt isti dentes molares ꝛ dentes sensus omēs oꝛdinati ad molendū. Et sūma totius numeri dentiū est triginta duo: vel vigintaocto in nō habētibus dētes sensus scilꝫ quatuoꝛ duales: quatuoꝛ quadrupli ꝛ quatuoꝛ canini et sexdecim molares ꝛquatuoꝛ dentes sensus. Tercio dicit ꝙ homo habet tricentas ꝛ sexaginta quiq venas vt posset patere enumeranti eas.

Textus.

Quatuoꝛ hūoꝛes in humano coꝛpoꝛe constant.
Sanguis cum colera fleuma melancolia

Terra melā.aqua.fleg.ꝛ aer.sanguis colerił ignis

Cōmentum

In hoc textu enumerat primo autor humores q̄ sunt necessarii ad constitutōnem humani corporis ꝛ dicit ꝙ quatuor sunt humores in humano corpore scilicet sanguis/fleuma/colera/et melancolia. Secūdo ostendit naturam ꝛ complexionem cuiusq; humoris per hoc ꝙ cōparat vnūquemq; vni elementoꝝ. Et vult ꝙ melācolia ē frigida ꝛsicca ꝛsic cōparatur terre. que similis nature est fleuma est frigidum ꝛ humidū. ꝛ sic comparatł aque Sanguis est calidus ꝛ humidus ꝛ sic comparatur aeri Sed colera est calida et sicca et sic comparatur igni. Et iste sensus etiā patet in his versibus. Humidus est sanguis calet ēvis aeris illi. Alget humet fleuma sic illivis fit aquosa. Sicca calet colera sic igni fit similata. Melā colia friget siccat quasi terra. Et pro maiori ītellectu sciendū est ꝙ scōm auic. prima primi doctrina quarta ca. primo Quatuor sūt humores ī corpore hois scilȝ sāguis fleuma colera ꝛ melācolia vt dictū est. Inter quos sanguis est melior: primo qꝛ est materia spirituū in quibus vita cōsistit ꝛ omis operatio vegetatiua vitalis ꝛ aīalis Scdo quia cōformis est cū principiis vite. est enī calidꝰ ꝛ humidus temperate. Tercio quia plus nutrit ꝛrestaurat deperditū ceteris hūoribus. Et vt ad vnū sic dicere est thesaurus nature ex cuius perditōne sequitur mors statim. Deinde sequił fleuma ī bonitate. primo q̄a aptū est vt tempore necessitatis fiat sanguis ꝛ ideo nō habet propriū receptaculū sed incedit cū sāguine. Scdo q̄a vicinius est radicali. hūido quod ē velut basis vite. Deide sequił colera q̄a participat cū naturali calore ꝙdiu mēsuram seruat Deinde est melancolia velut fex ꝛsordicies elongata a principiis vite īimica leticie ꝛ liberalitati ꝛ connata senio ꝛ morti. Scdo sciendū pro diuisione et diffinitione hūoꝝ ꝙ sāguinis due sūt spēs scilȝ naturalis ꝛīnaturalis. Naturalis ē cuius color est rubeus scilȝ venalis rubeus obscurus ꝛarterialis rubeus clarus malo

carens odore: et est valde dulcis. Et hoc per respectū ad alios humores. Innaturalis est duplex. Nam quidā est ināturalis qualitate: scilʒ qui est mutatus a cōplexione bona in se sine alterius humoris cōmixtione. Alius est ināturalis ꝓpter humorē malū ei admixtū peccantem qualitate substātia vel q̄ntitate vel in ꝓporcione alteri⁹ ad alterū. Et iste ē duplex. Nam quidā est nō naturalis ex permistione mali huōris: qui ab extra sibi supuenit. Alius est nō naturalis ex permixtiōe mali huōris generati ī ipsomet sanguīe: sicut quādo pars sanguis putrefacta est: et eius subtile conuersū est in colerā et grossum in melancoliā: vel illa colera vel illa melancolia vel vtraqꝫ mansit in illo sanguīe. Et iste sanguis non naturalis ex admixtione mali huōris multipliciter diuersificatꝛ a naturali: primo in substātia. quia grossior et turbidior ē: cū sibi miscetꝛ melācolia. vel subtilior cū sibi miscetꝛ colera citerna vel aquositas. Scdo in colore quia est declināns ad albedinē ex parte fleumatis: vel ad nigredinē ex parte melancolie. Tercio in odore quia fetidior ē ex admixtione putridoꝝ humoꝝ: vel oīno odore caret ex admixtione crudorū. Quarto in sapore. q̄a vergit ad amaritudinē ex admixtione colere. vel ad acetositatē ex parte melācolie: vel ad insipiditatē ex parte fleumatis. Fleumatis vero etiā due sūt species. scilʒ naturale et ināturale. Naturale est q̄ð est aptū vt in aliquo tēpore fiat sanguis q̄ñ est sanguis nō bene coctus. Et est quidā mod⁹ dulcis fleumatis quod nō valde existit frigidū īmo corporis cōparatione est frigiditatis pauce sanguinis vero cōparatione et colere rubee est frigidū. Et ē naturaliter albū. Et dicitur istud fleuma dulce extenso hoc nomine dulce ad omēs sapores delectantes gustū: quia alomo° istud fleuma naturale nō est dulce cū sit. insipidū aquosum et sapori aque multū propinquū. Et nō fecit natura isti fleumati propriū receptaculū: sicut colere et melācolie fecit. sed fecit ipsum transire cū sanguine vt tēpore necessitatis vertatꝛ in sanguinē: quia habet similitudinē

propinquā sanguini. Et istius fleumatis due sūt necessitates et vna vtilitas. Prima necessitas ē vt sit iuxta mēbra ad hoc vt operenī in eo eorum virtutes: et coquant et digerant ꝛ nutrianī ex eo cū membra amiserint nutrimentū quod consueuit venire ad ipsa: quod ē sanguis bonus ꝑpter retentionē materie sanguinis que quidē retentio a stomacho ꝛ epate fit propter aliquas causas accidentales. Secūda necessitas est vt misceaī cum sanguine: et reddat ipsum aptum ad nutriendū mēbra fleumaticarū complexionū. sicut cerebrū et nucham. in quorū sanguine ea nutrituro notabilē fleumatis partē esse oportet. Utilitas vero eius est vt humectet iuncturas et membra que multū mouētur ne desiccenī ꝑpter calorē qui prouenit ex motu et cōfricatione. Fleuma vero inaturale pōt diuidi primo ex parte substātie. Et sic quoddam est muscillaginosū. et est fleuma scḋm sensū diuersum in subtilitate et grossicie in suis partibus. Et dicī muscillaginosū propter similitudinē quā habet. cū muscillaginibꝰ extractis a seminibus. Aliud ē fleuma grossum: quod apparet equale in substantia. idest in subtilitate et grossicie secundū iudicium sensus: sed secundum veritatem diuersum est in suis partibus: et dicitur fleuma crudum. Et istud multiplicatur in stomacho ꝛ intestinis. Et propter ipsius expulsionem a stomacho precepit ypocras fieri vomitū in mense bis. Et ad eius expulsionē ab intestinis statuit natura coleram defluere a cististellis ad intestinū ieiuniū: ꝛ consequēter ad alia inferiora quatenus abstergeret illud fleuma ab orificiis intestinoꝝ: et faceret ipsū descēdere cū fecibus. Multiplicatur etiā interdū in venis; specialiter in senibus: propter diminutionē digestionis. et illic morā trahens paulatim augetur ꝛ ingrossaī: et cū ab eo tandē graueī natura et nō possit ipsum per venas expulsionis ordinarias expellere faciens de possibilibus quod melius est elongat ipsum a corde: et aliis membris intrinsecis/ et mittit ad extrema. et specialiter ad tibias. quia sua gra-

136

uedine naturaliter tendit ad inferiora. Et ista est causa quare tibie senū inflantur inflatione relinquēte foueam post impressionē digiti/specialiter circa noctē et in pinguibus et solitis nutriri humidis. Aliud est fleuma valde subtile. ꝛ est fleuma aquosum simile aque aliqualiter inspissate: ꝛ sepe iuenitur in salinis et sputis male digerentiū et nimis bibentium: et a cerebro ad nares distillare solet in principio corizarū. ꝛ cum per decoctionē ingrossatur cōuertitur in fleuma grossum aut muscillaginosum. Aliud est fleuma valde grossum album vocatū gipseum. ꝛ est fleuma cuius subtile fuit resolutū ꝓpter nimiā moram eius in iūcturis et grossum remansit quasi lapidificatum. Et istud fleuma facit podogram nodosam fere insanabilē. Aliud est fleuma vitreum. Et ē fleuma spissum grossum simile vitro liquefacto in colore viscositate ꝛ pondere. Secundo diuiditur fleuma īnaturale ex parte saporis. Nam quoddam est fleuma dulce qđ fit ex admixtione sanguinis cū fleumate. Et sub isto etiā continet̄ fleuma vnctuosum/quod fit ex admixtione vnctuositas sanguinis cum fleumate. Aliud est fleuma insipidū factum ex cruditate/sicut quoddā fleuma vitreū. Aliud est fleuma salsum/factū ex admixtione colere. Et istud est magis mordax/siccius ꝛ lenius ceteris specieb⁹ fleumatis ꝓpter coleram quā suscipit in se que sicca existit leuis ꝛ acuta. Et hoc fleuma sepe reperitur in fleumaticoꝝ stomachis potantiū sepe vina fortia et vtentiū salsis ꝛ acutis et adherens stomacho causat interdū sitim clamorosam/ et diu currens per intestina quādoqꝫ excoriat ea: ꝛ inducit dissinteriam: et in ano frequenter inducit fortem tenasmonem. Aliud est fleuma acetosum quod fit quādoqꝫ propter melancoliā acetosam sibi admixtam. Et quādoqꝫ fit propter ebullitionem que accidit fleumati. sicut accidit succis dulcibus fructuū q̄ primo ebulliunt ꝛ postea acescunt. Et istud fleuma sepius apparet in stomacho male digerentiū/q̄ in aliis partibus. Nam ad os stomachi naturaliter profluit melanco

lia ad desiderium suscitandū que deorsum cadens quādoq3 fleumati mixta reddit ipsum acetosum . et hoc cognoscitur per ructus accidos et interdū fleuma tale generatur in stomacho per viam ebullitionis a debili calore ex chilo. Aliud est fleuma ponticum quod quādoq3 causatur propter admixtionē melancolie pontice. ꝛ istō raro reperit propter raritatē melancolie pontice. quandoq3 vero causat propter vehementem infrigidationez eius: qua humiditas eius congelat: et aliqualiter ad terrestreitatē alteratur: et non superuenit ei calor debilis: qui faciendo ipsum ebullire conuertat ipsum in acetositatem. neq3 calor fortis qui digerat ipsum et conuertat ipsū in sanguinē. Colere vero species similiter due sunt scilz naturalis ꝛ ināturalis. Colera naturalis ē spuma sanguinis. cuius color est rubeus. clarus/ idest citernus in vltimo gradu citernitatis. sicut capilli safrani. ꝛ est leuis acuta. ꝛ q̄to magis fuerit calida: erit maioris rubedinis. Et ista colera postq̄ generata est in epate diuidit in duas partes. quarū vna transit cū sanguīe ad venas et alia pars transmittit ad bursam fellis. Pars aūt illa colere que transit cū sanguine penetrat cū eo causa necessitatis ꝛ causa vtilitatis. Necessitas est vt misceatꝰ cuz sanguine ad nutriendū mēbra colerica. Et vtilitas ē vt subtiliet sanguinem et faciat ipsum penetrare in venis. Pars autē illa que transit ad bursam fellis transit illic etiā propter necessitatē ꝛ vtilitatē. Necessitas est duplex quedam est necessitas corporis totius scilicet mundare ipsum a superfluitatibus colericis. Alia ē respectu bursse fellis: et est nutrire ipsam . Utilitas etiam duplex est. Una est abluere intestina a fecibus ꝛ fleumate viscoso adherente eis. Altera est pungere intestina ꝛ musculos ani vt sentiant quod est eis nociuū ꝛ emittāt egestionē. Et huius rei signū est q̄ colica sepe accidit propter opilationē factam in foramine/ quod procedit a bursa fellis vsq3 ad intestina. Colera vero ināturalis duplex est Nam vna est ināturalis ꝑpter causā extrinsecā/ que ei

admiscetur.Alia est ĩnaturalis propter causam in se q̃a
substantia eius nõ est naturalis.Colera ĩnaturalis pro=
pter causam extrisecam alia est scita ⁊ famosa. ⁊ est illa
cui fleuma admiscetur.Et dicitur famosa.siue etiã nota
q̃a sepissime generari solet.Et.ex hac colere specie fit ter
ciana nota.Alia est que ẽ minoris fame.⁊ est illa cui me
lãcolia est admixta.Colera vero famosa vel est citrina
⁊ generatur ex admixtione fleumatis subtilis cum cole
ra naturali.Uel est vitellina similis vitellis ouoꝝ ⁊ ge=
neratur ex admixtione fleumatis grossi. cum colera na
turali.Colera vero minoris fame fit duob⁹ modis vnus
est quando colera in se aduritur ⁊ fit cuius a quo nõ se=
paratur pars subtilis colere. sed cum eo miscetur. ⁊ hec
colera ẽ peior. Alius est vt melãcolia colere de foris ad
ueniẽs cũ ea misceatur. ⁊ hec colera est melior alia. ⁊ est
eius color rubeus: sed non clarus nec floridus ymmo ẽ
magis similis sãguini venali.Colere vº ĩnaturalis in ꝓ=
pria substãtia siue alterius hũoris ꝯmixtione.Alia est q̃
sepius gñatur ĩ epate.per hoc quod subtile. quod est in
sanguine adurit̃ ⁊ trãsit in colerã ⁊ grossũ in melanco=
liã. Alia ẽ que ĩ stomacho magis gñatur ex cibis malis
nõ digestis sed corruptis. Uel gñat̃ in venis ex hũorib⁹
aliis.Et isti⁹ colere due sũt species. Nã quedã ẽ prassina
similis colori prassu nigri q̃ generat̃ ex vitellina qñ adu
rit̃.Nam adustio facit in colera vitellina nigredinẽ qua
cõmixta cũ citernitate generat̃ color viridis.Alia ẽ eru=
ginosa similis ĩ colore erugini eris ⁊ gñatur ex prassina
qñ prassina tantũ adurit̃ donec siccet̃ eius hũiditas ⁊ ĩ=
cipiat redire ad albedinẽ ꝓpter suã siccitatẽ. Et iste due
vltime colere male sũt ⁊ venenose eruginosa tñ peior est
Melancolie vº species similit̃ due sũt scilꝫ naturalis ⁊ ĩ
nat̃alis.Naturalis ẽ fex boni sanguĩs ⁊ turbulẽtia ⁊ sup
fluitas cuius sapor est medius int̃ dulcedinẽ ⁊ pontici=
tatẽ Et ista melãcolia cũ generata ẽ in epate partit̃ ĩ du
as partes.quarũ vna penetrat cũ sãguine ⁊ manat cum
eo ad venas Alia transmittit̃ ad splenẽ.Prima pars pe

netrat cū sanguíne ꝑpter necessitatē ⁊ vtilitatē. Necessitas est vt misceať cum sanguine ad nutriendū membra melācolica frigida ⁊ sicca sicut ossa. Utilitas est vt fluxibilitatē sanguinis nimiā coherceat ⁊ vigoret corpulentiā eius ⁊ condēpset donec fiat pars solida mēbroꝝ duroꝝ que debet nutrire. Alia pars qua sanguis nō indiget vadit ad splenē ꝑpter necessitatē et vtilitatē. Necessitas est duplex. vna est scđm totū corpus scilȝ ipsū a suꝑfluitate melancolica mūdare. Alia eit scđm splenē scilȝ ipsū nutrire. Utilitas vero ꝓcedit ex ea propter hoc ꝙ ipsa profluit ad orificiū stomachi exprimēdo humiditates quas illic inuenit: sicut mulier mulgēdo exprimit digitis lac ab vberibus vacce. Et hec vtilitas est duobus modis. Uno modo q̇a ipsa multa cōstringit ⁊ inspissat et cōfortat orificiū stomachi. Scđo quia facit in ore stomachi cōmotionē ꝑpter acredinē eius: ⁊ excitat famem et facit desideriū. Melancolia vero īnaturalis est sicut res adusta: vel cinis respectu alioꝝ humoꝝ. Et eiꝰ quatuor sūt species famose: licet plures sint nō famose. Prima est que est cinis colore. ⁊ est illud quod aduriť de colera. ⁊ hec species est amara. Secūda ē que est cinis fleumatis/⁊ illud quod fuit adustū ex fleumate: ⁊ si fleuma quod adustū est fuerit valde subtile ⁊ aquosū: tūc melācolia ex eo genita erit salsa in sapore. Si autē fuerit fleuma grossum quod aduriť: tūc cinis eiꝰ aut melācolia ex eo generata tēdit ad acetositatē aut ponticitatē. Tercia est q̄ ē cinis sanguīs: ⁊ illud quod adustū ē ex sanguine ⁊hec melācolia ē salsa parū trahēs ad dulcedinē. Quarta ē q̄ est. cinis melācolie naturalis. Et si melācolia naturalis ex qua fit fuerit subtilis: tūc erit multū acetosa ⁊ cū effundiť suꝑ terrā ebullit: ⁊ eiꝰ odor ē acris: ⁊ ab eo fugiūt musce ⁊ aīalia. Si vͦo talis melācolia naturalis ex qua fit fuerit grossa: erit mīoris acetositatis cū pauca pōticitate

De sanguineis Textus

Natura pingues isti sunt atq̧ iocantes
Semper rumores cupiūt audire frequentes

Hos venus et bachus delectant fercula risus
Et facit hos hylares: ꝛ dulcia verba loquentes
Omibus hi studiis abiles sunt ꝛ magis apti
Qualibet ex causa nec hos leuiter mouet ira
Largus/amans/hylaris//ridens/rubeiq; coloris
Cantans/carnosus/satis audax: atq; benignus

Cõmentum

Hic ponit autor signa per q̄ cognoscē possumus ho=
minē sanguinee cõplexiois. quoꝝ primū ē ꝙ sanguine⁹
ē naturaliter piguis. Et nõ debem⁹ intelligē ꝙ sangui=
neus sit piguis piguedine ꝓprie accepta. q̄a talis signi=
ficat sup frigiditatē cõplexionis. vt vult auic. scd̃a primi
doctrīna tercia. ca. tercio. Sʒ ē piguis pinguedine extensa
ad multā carnositatē: quia ē multū carnosus. Vult eni
auic. loco p̄allegato ꝙ multitudo carnis rubee cū decē=
ti firmitate ꝛ nõ laxitate ei⁹ significat cõplexionē calidā
et humidā/qualis ē sanguinea. Et ratio ē q̄a multitudo
carnis rubee attestaᷓ sup fortitudie v̄tutis assimilatiue:
et multitudie sanguis q̄ vigent ꝛ inualescūt calidoꝛ hu
mido. teste Galieno. scd̃o cõplexionū dicēte. Multitudo
aūt carnis a multitudie sanguis generaᷓ. Calidū vo pfe
cte digerēs ꝛ assimilans carnis soliditatē operaᷓ. Dicit
etiā auic. loco p̄allegato ꝙ oīe corp⁹ carnosū sine mul=
titudie pinguedinis ꝛ adipis ē sanguineū. Et idē vult ga
lianus scd̃a tegni. canone illo. Humida veroꝛ calida cra
sis. Scd̃m ē ꝙ ē iocosus. s. pferens verba alios ad risuʒ
prouocātia vel letus. Et hoc est ꝓpᷓ benignitatē huōris
sanguinei ꝓuocātis hominē ad leticiā ꝛ iocunditatē ꝓ=
pter spūs claros ꝛ pfectos ex sanguie gn̄atos. Tercīū ē
ꝙ libēter audit fabulatioēs iocosas ead̄ de causa. Quar
tū ē ꝙ inclinat⁹ ē ad luxuriā ꝓpter caliditatē ꝛ huīdita=
tē ꝓuocantiū ad coitū. Quintū ē ꝙ talis libēter bonū vi
nū potat. Sextū ē ꝙ libēter comedit bona cibaria. quo=
rū causa pōt esse: q̄a talis appetit similiora complexioni
ei⁹ q̄ sūt bona vina ꝛ bona cibaria. Septimū ē ꝙ talis
de facili ridet. Cui⁹ causa ē q̄a sanguis ꝓuocat ad risum

Octauū ē q talis ē hylaris.i.hylarē faciē amabilē ⁊ iocundū habēs ꝓpter viuacitatē coloris ⁊ formositatē cōplexionis ex cōplexione sanguinis. Nonū ē q talis profert dulcia verba ꝓpt amicabilitatē nature sanguīs. Decimū est q talis ē aptus oībus artibꝰ.i.de facili pōt addiscere quālibet artē ꝓpter viuacitatē ⁊ pspicacitatē ingenii eius. Undecimū ē q talis nō facile irascit. Et istō prouenit ꝓpter huīditatē ebetantē feruorē colore ꝓuocantis ad irā. Deinde textus ī duobꝰ vltimis versibus repetit aliqua signa dicta: ⁊ aliqua addit. Primū ē q sanguineus ē largus nō auarus sed liberalis. Scōm est q talis est amans siue amorosus. Terciū est q talis est hylaris.idest habens vultum iocundū. Quartū est q talis quasi sempˀ videt ridere. quoꝝ oīm causa est benignitas sanguinis ad ista ꝓuocantis. Quintū est q talis est rubei coloris. Uult enī Auicēna loco preallegato q color cutis rubeus significat multitudinē sanguinis. Et debꝫ istud intelligi de colore rubeo cum quodā splendore/ ⁊ nō de rubeo fusco qualis reperiri solet in vultibus hoꝝ qui libēter ⁊ abunde bibunt fortia vina: ⁊ vtunt salsis: et speciebus acutis. quia talis significat leprā futuram. Sextum est q talis libenter cantat vel audit cātare ꝓpter letum eius animū. Septimū est q talis est carnosus ꝓpter causam prius dictam. Octauū est q talis est satis audax ꝓpter caliditatē sanguinis que est causa audacie. Nonū est q talis est benignus propter sanguinei humoris bonitatem.

Textus

Est et humor colere qui competit impetuosis
Hoc genus est hominū cupiens precellere cunctos
Hi leuiter discunt. multū comedunt. cito crescunt.
Inde magnanimi sunt largi sūma petentes
Hirsutus/fallax/irascens/prodigus/audax
Astutus/gracilis/siccus/croceiq coloris

Cōmentum

Hic autor ponit quedā signa per que cognoscere pos=

sumus hoiem colerice cõplexionis / Primũ est ꝙ coleri cus est impetuosus .i. faciens cũ impetu. Cuius causa est q̃a sup̃fluus calor qui est in colerico mouet ad impetũ. Et ergo etiã vult auic. scḋa primi doctrina tercia. ca tercio ꝙ operatões excessiui motus significant caliditatẽ Scḋm est ꝙ talis est cupidus honoris ⁊ appetit esse in primis sedibus ⁊ꝓcellere cũctos alios Cuius causa ẽ q̃a superfluus calor pronificat aiam ad arrogantiã ⁊ temeritatem. Terciũ est ꝙ isti cito discũt ⁊ hoc propter subtilitatẽ humoris colerici ⁊ eius caliditatẽ. Et ergo etiam dicit auic. loco p̃allegato ꝙ intellectus prõptitudo ⁊ viuacitas ad intelligentiã significat caliditatẽ ꝯplexionis Quartũ est ꝙ isti multũ comedunt quia in ipsis fortior est calor digerens ⁊ maior resolutio q̃ in aliis corporibus. Quintũ est ꝙ isti cito crescunt id est perueniũt ad augmentum ⁊ hoc propter fortitudinẽ caloris naturalis in eis qui causa est augmẽti. Sextũ est ꝙ isti sũt magnanimi .i. non potẽs tollerare iniurias: ⁊ hoc propter caliditatem in eis ⁊ ergo dicit auicen. loco p̃allegato ꝙ parum pati ab vna quaqꝫ re .i. patientem se reddere significat caliditatem. Septimũ est ꝙ isti sunt largi ⁊ hoc respectu illoꝝ quibus honores accipere possunt. Octauũ est ꝙ isti appetunt summa .i. sũmas dignitates ⁊ officia ꝓpter causã secundi signi. Nonũ est ꝙ colericus est hirsutus id est pilosus ⁊ habens multos crines ꝓpter caliditatem apperientẽ poros ⁊ mouentẽ materiã piloꝝ ad cutem. Et dicit̃ hirsutus quasi hircus sequẽs q̃a int̃ omnia animalia bruta hircus habet longiores crines. Decimũ est ꝙ ipse est fallax .i. deceptorius. Undecimũ est ꝙ ipe est irascens id est de facili irascitur ꝓpter caliditatẽ Et ergo dicit auicenna loco p̃allegato ꝙ ira frequens ⁊ a leui causa significat caliditatẽ ⁊ hoc est ꝓpter facilitatem ꝯmotionis colere ⁊ ebullitionis sanguinis circa cor Duodecimũ est ꝙ ipse est prodigus q̃a largus est in exponendo propter honores habẽdos. Decimũtercium ẽ ꝙ talis ẽ audax quia audatia etiã prouenit propter ni-

miam caliditatē ꝛ maxime cordis. Decimūquartū est ꝙ ipe est astutus .i. cautus. Decimūquintū ē ꝙ talis ē gracilis id est non grossoꝝ menbroꝝ neq multe carnis ꝓpter superfluā caliditatē vehemēter resoluentē. Decimū sextum est ꝙ talis est siccus id est macer propter siccitatem cōplexionis. Decimūseptimam est ꝙ talis est crocei coloris id est citerni. ꝛ ergo dicit auic. loco preallegato ꝙ color subruffus significat colore dominium.

Textus

Fleuma vires monicas tribuit latosq breuesq
Fleuma facit pingues·sanguis reddit mediocres
Ocia non studio tradunt sed corpora somno
Sensus/ebes/tardus/motus/pigricia/somnus
Hic somnolentus/piger/in sputamine multus
Est huic sensus ebes/pinguis/facit color albus.

Cōmentum

Hic ponit autor aliqua signa cōplexionis fleumatice Primū signū est paucitas viriū. Fleumatici enī paucas vires habēt propter paucitatē caloris naturalis a quo omis vis habet exordiū. Scōm ē ꝙ fleumatici sunt lati ꝛ breues q̄a in eis ē paucus calor naturalis nō sufficiēs extendere corpus in lōgum. extendit igitur corpus secū dum latum. Tercium est ꝙ fleumatici sūt pingues propter eorum frigiditatē ꝛ humiditatē. Et ergo dicit auic. loco preallegato ꝙ pinguedo vel adeps superflua significat excessum frigiditatis ꝛ humiditatis ꝛ cōplexionem corporis frigidam ꝛ humidam q̄a sanguinis vnctuositas que est vtriusq materia cum resudat a venis ꝛ obuiat mēbris frigidis vel remisse calidis coagulatur eoꝝ frigiditate vel remissa caliditate ꝛ fit pinguedo. vt vult Galienus secūdo complexionū. Et postea subdit hic textus ꝙ sanguinei sunt mediocres supple in lōguitudine et breuitate. Quartum est ꝙ fleumatici magis ad ocia inclinantur q̄ ad studia propter frigiditatem mouentē ad ocia ꝛ pigriciem. Quintum est ꝙ multum dormiunt et hoc est propter multam humiditatē eoꝝ et etiam pro

uenit multus somnus propter frigiditatē. vt inuit auic. loco preallegato. Sextum est q fleumatici sunt duri ingenii. quia sicut viuacitas intellectus et perspicuitas ingenii proueniunt propter naturalē caliditatē ita ebetudo intellectus et durities ingenii propter contrariū scilz frigiditatem. Septimū est q fleumatici sūt tarde mot9. et hoc etiam est propter frigiditatē que facit motū tardū sicut caliditas velocē. Octauū ē q sūt pigri. Nonū q sōnus in eis est longus quorū causa eadem est cū pdicta. Postea ponunt duo alii versus recoligentes signa pdicta cum quibusdam aliis. Primū est q fleumaticus est sōnolentus id est inclinatus ad multū somnū Secundū est q ipe ē piger id est tardus ad omnē operationē. Tercium est q est multi sputi propter humiditatē in eo habundatem multiplicatiuā sputi. Quartū est q talis ē obtusus in sensibus et nedū in senibus imo etiā in itellectu Quintū est q talis est pinguis. Sextū est q talis est albus in facie. Albedo eni cutis et maxime faciei signum ē priuationis sanguinis aut paucitatis eius cum frigiditate. vt dicit. Auicenna loco preallegato.

Tertus

Restat et adhuc tristis colere substantia nigre
Que reddit prauos pertristes pauca loquentes
Hi vigilant studiis: nec mens ē dedita somno
Seruant propositū sibi nil reputant fore tutū.
Inuidus et tristis/cupidus/dextreqz tenacis
Non expers fraudis/timidus/luteiqz coloris

Cōmentum.

Hic autor ponit aliqua signa cōplexionis melancolie Primū est prauitas melācolia eni reddit homines prauos et maloꝝ moꝝ quemadmodū sunt qui seipos interficiunt. Secundū est multa tristicia. melācolici eni multū tristes sunt vt plurimū ppter spūs melancolicos turbidos et tenebrosos sicut homīes leti sūt propt spirituū claritatē. Terciū est taciturnitas. melancolici eni tacidi sunt et paucorū verborum propter frigiditatem sicut ni

mia garrulitas prouenit propter caliditatem. Quartū est q melancolici sunt apti studio quia semper cupiunt esse soli. Quintum est q tales sunt in somnolenti nec bene dormiunt propter nimiā siccitatem cerebri et propt fumos melancolicos cōmouentes in eis somnia horribilia quibus excitātur a somno. Sextum est q tales sūt tenacis propositi id est pertinaces. vt cū aliquid in mente habent diu retinent. z difficulter placabiles sūt. z hoc prouenit propt siccitatem eorū que non sunt propositū cito mutari. Septimū est q melancolici nichil reputant eis esse tutū ymmo semper timent. z hoc est propter spirituum tenebrositatē Postea in duobus vltimis versib⁹ ponūtur aliqua ex signis predictis z aliqua adduntur. Primū q est melācolicus est inuidus. Scdm est q est tristis. Tertium est auarus Quartū est q est tenax. i. nichil volens exponere z malle soluens. Quintū est q est fraudulosus simplex z propterea hoies melancolici sunt deuoti multū legentes ieiunātes z alias multas abstinētias facientes. Sextū est q est multū timidus. Septimū ē q ē lutei coloris. i. terrestris siue fusci coloris. Color enī fuscus z marīe siviriditati approximat significat dominū melācolie scōm rasim scdō almasoris in principio.

Textus

Hi sunt humores qui prestant cuiqꝫ colores
Omībus in rebus ex fleumate fit color albus.
Sanguine fit rubeus colera rubea quoqꝫ ruffus.
Si peccet sanguis facies rubet extat ocellus
Inflantur gene corpus nimiūqꝫ grauatur
Est pulsus qꝫ frequens plenus mollis dolor ingens
Maxime fit frontis z constipatio ventris
Siccaqꝫ lingua sitis z somnia plena rubore.
Dulcor adest sputi sunt acria dulcia queqꝫ.

Cōmentum.

In hoc textu primo ponit colores consequentes cōplexiones 3. et dicit q fleumaticus est albi coloris: sed colericus est ruffi coloris z sanguineus rubei. z de melan-

146

colico dicit in fine precedentiũ versuũ. Et de istis oibus dictũ est prius. Secũdo ponit tredecim signa supabundantis sanguinis. Quorũ primũ est ꝙ facies est rubea propter ascensum sanguinis ad caput ⁊ faciẽ. Secundũ ẽ ꝙ oculi plus videntur exire solito ꝑpter extensionẽ quã facit sanguis multiplicatus. Terciũ est ꝙ gene inflãtur propter similẽ causam. Quartũ ẽ ꝙ corpus totũ grauatur quia natura suppeditatur nõ sufficiens regere humores ⁊ sustentare debite corpus. Quintum est ꝙ pulsus fit freqũes propter caliditatẽ quam inducit sanguis multiplicatus. Sextũ est ꝙ pulsus est plenus ꝑpter multitudinẽ vaporum calidorũ et humidorum. Septimũ est ꝙ pulsus est mollis ꝑpter humiditatẽ nimiã mollificantẽ arteriam. Octauũ est ꝙ dolor fit in fronte. et hoc ꝑpter sanguinẽ multiplicatũ in rethi mirabili. Nonũ est ꝙ venter cõstipatur. idest durus fit: nec bene assellans propter caliditatem nimiã exsiccantẽ feces. Decimũ est ꝙ lingua fit sicca propter similẽ causam. Undecimũ est ꝙ sitis est magna ꝑpter exsiccationẽ orificii stomachi ex nimia caliditate. Duodecimũ est ꝙ fiunt somnia declinantia ad rubedinem. Et istõ vult auic. secũda primi. doctrina tercia. ca. septimo dicens. Et somnia que illud significant scilicet abundantiã sanguinis sũt sicut cũ homo ĩ somniis res videt rubeas/ aut sanguinẽ multũ ex suo corpore exire/ aut se in sanguine natare et similia. Decimũterciũ est ꝙ sputũ est dulce: ꝑpter sanguinis dulcedinẽ. Notandum circa istud ꝙ sicut hic ponũtur signa supabundantis sãguinis: ita quidã etiam ponũt signa supabundãtie aliorũ humorũ sub quibusdã versibus. Signa quidẽ supabundãtis colere sub istis versibus. Accusat colerã dextre dolor aspera lingua. Tinnitus vomitusq; frequens vigilantia multa. Multa sitis/ pinguis egestio/ torsio ventris. Nausea fit/ morsus cordis/ languescit orexis. Pulsus adest gracilis/ durus/ veloxq; calescens. Aret/ amarescit/ incendia somnia fingit. Signa vero supabundantis fleumatis sub istis vsibus. Fleuma supgrediens pro=

prias in corpore leges. Os facit insipidum/fastidia/crebra/ saliuas. Costarũ stomachi simul occipitisq; dolores. Pulsus adest rarus ꝛ tardus mollis in anis. Precedit fallax fantasmata somnus aquosa Signa vero superabundantis melancolie sub his versibus. Humorũ pleno dum fex in corpore regnat. Nigra cutis/durus/pulsus/tenuis ꝛ vrina. Solicitudo timor ꝛ tristicia somnia/tempus. Accrescet rugitus/sapor ꝛ sputaminis idẽ Leuaq; precipue tinnit ꝛ sibulat auris.

Textus

Denus septenus vix fleubothomũ petit annus
Spũs vberior erit per fleubothomiam
Spũs ex potu vini mox multiplicatur
Humorũq; cibo damnũ lente reparatur
Lumina clarificat sincerat fleubothomia
Mentes ꝛ cerebrũ/calidas facit esse medullas
Uiscera purgabit/stomachũ ventremq; cohercet.
Puros dat sensus/dat somnũ/tedia tollit.
Auditus vocem/vires producit ꝛ auget.

Cõmentum.

In hoc testu autor loquit᷑ de fleubothomia. ꝛ primo ostendit etatem. requisitam ad fleubothomiã. dicens ꝙ ãnus decimusseptimus vix petit fleubothomiã. Et ꝑ isto dicit. Galienus. xi. de ingenio ꝙ pueri nõ debent fleubothomari nisi habeant quatuordecim ãnos ad minus Et causa est quia corpora puerorum sunt faciliter resolubilia a calore extraneo. ꝛ ideo debilitãtur multũ ex euacuatione forti facta per fleubothomiã. Item quia indigẽt nutrimento duplici de causa scilicet propter nutrimentũ ꝛ augmentum. ideo minutio sanguinis non competit eis. Item quia facile dissoluũtur a calore extraneo sufficit ꝙ ab eis dissoluitur. quare non indigẽt fleubothomia. Et circa istud sciendũ ꝙ sicut fleubothomia non conuenit pueris predictis sed cauenda est. ita etiam est cauẽda in magna etate scilicet senii. vt vult. Galienus nono megategni. quia scdm̃ Galinũ ꝛ haly tercia tegni in conuale-

198

scentibus ⁊ senibus est paucus sāguis bonus ⁊ multus malus. Fleubothomia igit̄ rapiet bonū ⁊ dimittet malū vt inuit auic. quarta primi. cap. vicesimo de fleubothomia. ⁊ ideo ī talibus nō cōpetit fleubothomia. Scdo ponit nocumentū fleubothomie. ⁊ ē ꝙ spūs vberiores exiunt per fleubothomiā. Cuius ratio pōt esse qa cū multa euacuatione sāguinis q̄ fit per fleubothomiā: necesse est etiā multitudinē spirituū euacuare. Tercio tangit remedia per que spūs emissi refocillant̄: ⁊ iterato multiplicātur. Et dicit ꝙ ex potu vini subito regenerant̄ spūs. qa oīm subito nutrientiū maximū ē vinū. vt prius dictū est Et spūs etiā regenerant̄ ⁊ refocillant̄ ex cibo. sed hoc fit lente: et nō subito sicut ex vino. Et cibus qui debet dari erit digestibilis: et multi sāguinis generatiuus. sicut oua sorbilia. ⁊ similia. Et circa istud sciendū ē ꝙ licet cibꝰ regeneret spūs post fleubothomiā. tamē debent cauere patiētes a multo cibo in prima ⁊ scda die. Vnd dicit ysaac ī dictis. Cibus est eis minuēdus: ⁊ potus augēdus. s. respectu cibi. nō tamē respectu sue ꝯsuetudinis. īmo minꝰ debēt bibere q̄ ante fleubothomiā. qa virtus digestiua debilior ē. Quarto ponit autor vndecim iuuamēta fleubothomie debite facte. Primū ē ꝙ temperata fleubothomia cōfortat visū. qa minuēdo huōres etiā minuit effumationē ad caput: ⁊ repletionē eius offuscantes visum. Scdm ē ꝙ clarificat et sincerat mentē et cerebrū ꝓpter similē causā. Terciū ē ꝙ calefacit medullā. qa minuit superfluitates que ad eā venientes ipsam infrigidāt. Quartū est ꝙ purgat viscera. idest interiora. quia exonerata natura a sanguine huōres crudos in iterioribus cōtentos melius digerit. Quintū est ꝙ fleubothomia restringit vomitū et fluxū ventris: qa diuertit humores ab interioribus ad exteriora. Et istud vult Auic. loco preallegato dicens. Amplius fleubothomia ꝓpterea ꝙ ad diuersū trahit naturā scdm plurimū retinet. Et istud maxime verū est quādo fleubothomia fit de venis brachii Nam fleubothomia facta de venis pedū non sic retinet

Potest tamē per accidēs. cōtingere ꝙ ad fleubothomiā sequat̄ maior fluxus ventris . ⁊ hoc dupliciter. Primo qa ex fleubothomia facta tollit̄ onus nature tūc enī virtus confortata aliquādo prouocat alias euacuationes. Scdō si fluxus vētris fiat ex multa debilitate virtutis contētiue. tūc enī quia ex fleubothomia debilitat̄ virtus magis augebit̄ fluxus ventris . Sextū est ꝙ fleubothomia facit puros sensus qa minuit euaporationē ad caput vnde turbat̄ sensus. Septimū est ꝙ ipsa iuuat somnū impeditū. quia per ipsā euacuant̄ humores plurimi a quibus eleuant̄ vapores acuti et diuersi impedientes somnum. Octauū est ꝙ ipsa tollit tedia ⁊ grauitates nimias. quia per ipsam virtus exonerat̄ a suo grauamine Et etiā educto per ipsā sanguine educit̄ simul melancolia fex sanguinis que inducit tedia ⁊ grauitates . Nonū est ꝙ ipsa cōfert auditui. quia per ipsā diminuūtur vapores et humores ascendētes ad caput impediētes auditū. Decimū est ꝙ ipsa confert voci. quia per ipsam diminuūtur superfluitates ⁊ humiditates que possent peruenire ad pectus vel cannā pulmonis: et impedire vocem. Undecimū est ꝙ ipsa auget vires. quia per ipsam corpus a suo grauamine exoneratur. quare virtus augmentatur.

Textus

Tres insunt istis Mayus September Aprilis
Et sunt lunares sunt velut ydra dies
Prima dies primi postremaq̧ posteriorum
Nec sanguis minui nec carnibus anseris vti
In sene vel iuuene si vene sanguine plene
Omni mense bene confert incisio vene
Hi sunt tres menses/mayus/september/aprilis
In quibus eminuas vt longo tempore viuas

Cōmentum

In hoc textu autor tria facit. Primo dicit ꝙ isti tres menses. s. Mayus Septēber et Aprilis sit menses lunares. et in eis sunt dies ꝓhibiti ad fleubothomia videlȝ

158

prima dies may: ⁊ vltima septēbris ⁊ aprilis. Et istō cō munes dicūt. Uerūtamen est dictū fictū nec alicuius va loris: īmo predicti dies possunt esse ita boni ⁊ electi / sicut ⁊ alii scōm ꝙ diuersa constellatio in eis pōt esse. Et subdit autor ꝙ ī talibus diebus nulli vesci, debēt carnibus anseris: quod etiā falsū est ⁊ erroneū et magis sorti legio attribuendū. Et forte autor istud habuit a iudeis / qui istū ritū obseruant. Secūdo dicit ꝙ senex a senectute ⁊ nō a senio et iuuenis venas plenas habētes sangui ne minui possunt omī mense. q̄a isti nō faciliter resolubiles sunt: nec ī eis solū paucus est sanguis bonus immo multus. Tercio dicit ꝙ incisio vene pro regimīe sanitatis custodiende debet fieri ī aliquo istorū triū mensiū q̄ sunt mayus / septēbris ⁊ aprilis. differēter tamē: quia in aprili ⁊ mayo debet incidi vena epatis ꝑpter multiplicationē sanguinis eo tēpore cū sit tēpus vernale. ⁊ in septembri vena splenis ꝑpter melancoliā que tūc habet multiplicari cū sit tēpus autūnale.

Textus

Frigida natura / frigens regio / dolor ingens
Post lauachrū coytum minor etas atq̄ senilis
Morbus prolixus repletio potus ⁊ esce
Si fragilis vel subtilis sensus stomachi sit
Et fastiditi tibi non sunt fleubothomādi

Cōmentum

Hic autor ponit duodecim que impediūt fleubothomiā. Primū est frigiditas cōplexionis. Cū eni scōm Galienū ī megategni fleubothomia infrigidat / tūc augmētaret frigiditatē. Causa aūt quare fleubothomia infrigidat ē / q̄a scōm ysaac ī vrinis sāguis ē fundamentū calo ris naturalis. i. illud ī quo calor naturalis seruat. et q̄a fleubothomia sanguinē euacuat. iōo ⁊ calorē naturalē ⁊ tūc per cōsequēs infrigidat. Scōm ē regio frigida vehemēter sub qua debet cōprehēdi tēpus multū frigidū: qō etiā ꝓhibet fleubothomiā. q̄a ī regione ⁊ tēpore multū frigidis sanguis in profūditate corporis includit: et ille

qui circa extremitates existit a frigiditate condensatur:et
ineptus fit ad hoc quod fluat. Terciū ē intensus dolor sub
quo etiā potest cōprehendi nimia corporis inflāmatio/
quia si in istis accidētibus fieret fleubothomia/sequere
tur motusagitatiuus qui est cōtrarius nature:cū sit dif
formis:et maior inflāmatio/que etiā ē naturā magis de
bilitās. Et causa motus agitatiui ī dolore intenso est quia
fit tractus ad diuersas partes Per fleubothomiā enī fit
tractio ad locū fleubothomatū:et ex dolore forti fieret
tractio ad locū doloris. Causa vero maioris inflāmatio
nis est:quia ex fleubothomia cōmouentur humores qua=
re magis inflāmantur ex motu. Et istud verum est quādo
fleubothomia fit parua:et artificialis. Si tamē fiat vsque
ad sincopim prodest in predictis casibus.quia ista cū vin
cit attractionē doloris nō facit motū agitatiuū. Et simi
liter tollit inflāmationē cū nō sint humores ibi qui cō=
moueantur et calefaciāt et maiorē inflāmationē inducunt
Et istud voluit Galienus in cōmento illius āphorismi
prime particule amphorismorum que egerunt cū dixit quod
nō est melior medicina in aptante vehementis inflāma
tionis:et similiter ī febribus et dolore forti quam fleubotho
mia. Quartū est balneū et maxime resolutiuū. Tale enī
prohibet fleubothomiā: quia tale etiā est euacuatiuū iā
natura nō facile tollerat euacutionē super euacuationem
Quintū est coytus imediate precedens Post talem enī nō
statim debet fieri incisio vene:quia ex hoc maxima debi
litatio nature sequeretur/cum per coytū prius natura de
bilitata sit . Sextū est etas maior vel minor quam requiritur
ad fleubothomiā. sicut etas infantie et etas senii. prout
declaratū est prius. Et ista impedimēta tangit auic.lo=
co preallegato dicēs. Tibi quoque cauere debes a minutio=
ne in cōplexione vehemētis frigiditatis et ī regionibus
fortis frigiditatis:et ī hora fortis doloris:et post balneū
resolutiuū et post coytū et in etate que ē minor duodeci
annis: et in etate senū quantomagis poteris nisi in figura
confisus fueris:et in soliditate musculorum et venarū am=

plitudine ꝛ carũ repletione ꝛ coloris rubedine. Et vlterius subdit hos namqꝫ ex adolescẽtibus ꝛ senibus fleubothomare audebis Adolescentes tamen secundũ ordinem ad fleubothomandum paulatim prouehere debes cum pauca minutione Septimum est morbus prolixus quia tunc ex tali fleubothomia natura dupliciter debilitatur. puta a morbo prolixo ꝛ a minutione. Et istud ẽ verum secundum. Auic. loco preallegato nisi sanguinis affuerit corruptio q̃a si sic fleubothomia põt cõuenire. Octauũ ẽ nimia repletio potus. Nonũ ẽ nimia repletio cibi sub qua etiã comprehẽditur indigestio cibi. Et causa hoꝝ est quia scdm auic. in primo attrahentia sũt tria scilicet vacuum calidũ ꝛ tota species. Si ergo venit per fleubothomiam a sanguine euacuarẽtur cibum indigegestum vel superfluũ siue potum superfluũ a stomacho vel epate attraherent qui indigestus veniens ad membra non corrigeret quia tercia digestio non corrigit peccatũ secũde. sicut nec secũda prime. si peccatũ sit magnũ propter quod in membra non conuerteret. sed ibi remanens possit esse causa egritudinis. Decimũ est fragilitas idest debilitas virtutis. fleubothomia enĩ est fortis euacuatio scdm Galienũ secũda amphorismoꝝ in cõmento illius In quo morbo. Sed virtus debilis nõ potest pati motum fortem. Undecimũ ẽ subtilis sensatio orificii stomachi quod precordiũ dicitur: quia ex fleubothomia in tali facile sequitur sincopis. Et sub isto etiam comprehenditur debilitas stomachi et facilis fluxus colere ad orificiũ eius inducens ad vomitũ facilem colere. Unde in hnbẽtibus predicta accidentia nõ cõuenit fleubothomia. Per fleubothomiã enĩ humores cõmoti ad os stomachi inducerent tamq̃ ad locum consuetũ. et q̃a mẽbrum est debile ꝛ impotens illi fluxui resistere. idõ illis multa mala per fleubothomiã accidunt. Et hec est vna causa quare quãdoqꝫ aliqui ĩ fleubothomia sincopizãt. scilicet quia colera ad stomachũ fluit que mordicando stomachum ex compassione cordis ꝛ stomachi sincopim

induc it. Duodecimũ est fastidium. si enĩ in fastidio fieret fleubothomia cum vene euacuarentur/ traherent ad se materiã malam/facientẽ fastidiũ. Et plurima istorũ sex vltimorum accidentiũ tangit auic. loco preallegato. Et circa istud est sciendũ quod preter predicta accidentia. sũt adhuc aliqua alia etiã impedientia fleubothomiã. quorũ primũ est alia euacuatio. vt quãdo est fluxus menstruorũ aut emorroidarũ. tũc enĩ nõ debz fieri fleubothomia et hoc ad euacuationẽ licet ad diuertendũ fluxũ seu materiã posset fieri. Secundũ est corporis siue cõpositiõis raritas: quia a corporibus raris multũ dissoluit. et ideo sufficit ista exsolutio: nec euacuatione indigent. vt vult Galienus nono megategni. Terciũ est humorum cruditas et viscositas. tũc enĩ est cauenda fleubothomia. q̄a augmentaret cruditas humorum. et propter hoc ĩ morbis lõgis nõ est facienda fleubothomia. quia cruditas humorum augmentaret: et virtus debilitaretur: et morbus prolongaretur. et ideo timendũ esset de casu virtutis. Et propter hoc vult Auicẽna quod in morbis cronicis facienda ẽ farnacia ante fleubothomiã. Et non est fleubothomia ante facienda. licet vtraque indigeant patiẽtes. Sed cruditas humorũ potest accidere duabus de causis. Una causa ẽ propter abundantiã humorũ calorem naturalẽ suffocãtium qui debilitatus et suffocatus humores crudos generat. et tunc bene competit fleubothomia. Unde secundũ alexandrũ. secundo libro. capitulo de ydropisi. fleubothomia in principio yposarce competit cum proueit ex multitudine sanguinis menstrualis cnm prohibeantur fluere menstrua propter causam aliquã: aut ex multitudine sanguinis emorroidalis: quia sicut ignis paruus sub multa lignorũ congerie suffocatur: similiter est de calori innato suffocato humorum multitudine. Secunda causa cruditatis humorum est caloris innati debilitas. vt in illis qui sunt debilis complexionis. et qui habuerunt longam egritudinem. et in senibus. et tunc non competit dicta fleubothomia. quia per hoc auge=

144

retur cruditas quia sanguis in quo calor ꝯseruatur ex-
traheretur. ⁊ ita corpus infrigidaret. ⁊ humores magis
incrudarentur. Debet ergo sanguis dimitti vt humorū
cruditatem digerat. Quartū est aeris indebita disposi-
tio. ⁊ nimia caliditas: aut nimia frigiditas quia per cali
ditatem multā fortis fit resolutio ⁊ per frigiditatē mul-
tam ineptificatio humorꝫ ad fluxum

Textus.

Quid debes facere quādo vis fleubothomari
Uel quādo minuis fueris vel quādo minutus
Unctio siue potus lauachrū vel fascia motus
Debent non fragili tibi singula mente teneri.

Cōmentum.

In hoc passu autor ponit quīqꝫ que debent fieri cir-
ca fleubothomiā. aliqua quidē āte fleubothomiā. aliqua
ī fleubothomia et aliqua post fleubothomiā. Primū est
vnctio que aliqn̄ fit ī fleubothomia: sicut vnctio fleubo-
thomi vt dolor leniat. Aliqn̄ vō post fleubothomiā vt cō
solidatio vulneris retardet ad hoc vt post fleubothomiā
huōres relicti in venis aliquā possint habere respiratio
nē: ⁊ fumi aliqui mali exalent. Scōm ē potus ⁊ maxime
vini q̄ valet ī fleubothomia si sincopis accidat. ⁊ etiā va
let post fleubothomiā pro regeneratiōe novorꝫ spirituū
et noui sāguinis. et isto modo iā faciūt cōmunes. Terciū ē
lauachrū. idest balneū qd valet per duos vel tres dies
āte. ⁊ per duos vel tres post fleubothomiā: ⁊ nō eodem
die. Ante quidē si q̄s timeat ꝙ habeat in se huōres gros
sos quia balneū huōres dissoluit ⁊ cōmouet eos: ⁊ ꝓpt
hanc causā etiā competit ante acceptio sirupi acetosi et
motus vt humores dissoluant et subtilient. Et ergo qn̄
debet fieri fleubothomia debet fricari brachiū: vt humo
res existētes in venis ꝓpinquis brachio subtilient ⁊ ꝑ-
parentur ad exeundū facilius. Post fleubothomiā vero
valet vt reliquie humorū et vaporū derelicte resoluan-
tur. In die vero fleubothomie nō cōuenit. quia per bal
neū cutis lenis fit. que lenificata percussionē factam in

fleubothomia fugit.et hoc est periculū.Quartum est fa=
scia. idest ligatura cū pannis lineis que valet post fleu=
bothomiā īmediate ad retinendū fluxum et ante fleubo
thomiā ad trahendū humores ad locū vbi querit fleu=
bothomia vt ex eo etiā vene ingrossent:ꝛ melius videā=
tur. Quintū est motus siue ambulatio moderata q̄ pōt
fieri ante:vt humores dissoluātur/ ꝛ subtilientur et post
ad resoluendū reliquias humoꝝ ex fleubothomia dere
lictas.Circa predicta sciendū ꝙ cōmunes se faciūt fleu
bothomare ieiunū.sed quibusdā doctoribus melius vi=
detur et cōuenientius ꝙ ante fleubothomiā.primo vnū
ouū sorbeant molle cū vno haustu vini circa nonā vel
decimā horam ante prandiū. et statim postea se fleubo=
thomari faciant.Et huius causa est quia stomacho va=
cuo natura fortius sanguinē retinet ne deficiat in nutri
mento.sed cū cibus qui de se multū nutritiuus est sit in
stomacho.cuiusmodi sūt oua sorbilia et vinū: tūc natu=
ra melius sanguinē exire permittit

Textus

Exhilarat tristes iratos placat amantes.
Ne sint amentes fleubothomia facit

Cōmentum

In hoc passu autor ponit tres effectus fleubothomie
Primus ē ꝙ fleubothomia exhilarat.i.letificat tristem
hominē. Scd̄us est fleubothomia placat iratos.Et cau
sa vtriusqꝫ est:q̄a in sanguie quādo multa cōmiscet me
lancolia/fit tristicia.Et quādo multa colera fit ira cum
melancolia sit causa tristicie/ꝛ colera ire.iā vterqꝫ isto=
rū duorū humorū educitur eductione sanguinis: q̄a ei
cōmiscetur.Tercius est ꝙ ꝓhibet amantes ne insaniant
q̄a facit huōres fluere ad partes exteriores ꝛ a capite di
uertit.Pro maiori declaratiōe sciend̄ ē ꝙ quīqꝫ sūt cau
se ꝓpt quas debꝫ fieri fleubothomia.quarū prima ē di
recta:ꝛ alie q̄tuor īdirecte.Prima q̄ ē directa ē vt abun
dātia sanguis euacuet.siue abūdet sanguis in qualitate
siue q̄ntitate.siue vtroqꝫ mo°.Nam scd̄ꝫ auic.loco palle

gato. duo genera hoim sūt fleubothomāda. quoꝝ vnū ē ille modus hoim qui iā parati sūt incidere i egritudīes vt qui habent abundantiā sanguinis i q̄titate. Et reliquū genus ē genus illoꝝ hoim qui iā egritudinē inciderūt. ꝓpter humoꝝ siue sanguinis maliciā. Sed differt fleubothomia ista et illa q̄ ꝓpter sanguinis abundantiā debet fieri multa fleubothomia. sed si i qualitate peccet: siue sit maliciosus tūc cōpetit fleubothomia pauca. Unde scdm Galienū nono megategni. si sanguis sit malus i corpore debet euacuari paulatiue. Et ideo peccant multū illi qui quādo vidēt sanguinē malū fleubotomāt se quousq₃ videāt sanguinē bonū exire: cū forte prius totus sanguis exiret q̄ bonus exiret. sed debet fieri pauca euacuatio. et tunc scdm Galienū in casu isto/ prius q̄ fiat fleubothomia debet dieta bonū sanguinē generās exhiberi vt loca mali sanguinis: bonus sanguis generet. et postea debet fieri post modicū tēpus fleubothomia pauca ⁊ sic deinceps. Ista flenbothomia ē directa: q̄ fit per se ad euacuationē illius qd per se debet per fleubothomiā euacuari scil₃ ad euacuationē plenitudinis humoꝝ siue sanguinis principaliter tū scdm q̄ cū eo sūt alii humores. Prima causa idirecta ē magnitudo morbi ⁊ magnitudo apparētis vehemētis inflāmatiōis. q̄ secundū Galienū i cōmento illius āphorismi que egerunt. ⁊c. Nō est melior medicina i apantāte vehemētis inflāmatiōis et i febribus ⁊ dolore forti q̄ fleubothomia. vt etiā dictū est ibi. frigida natura. Scda causa idirecta est vt attrahat materia ad partē illā per quā debet euacuari materia vnde i retentione menstruoꝝ et emorroidarū debet aperiri sophena scdm Galienū et Auic. vt trahat materia sanguinis ad inferius. Tercia causa indirecta est vt humores trahant ad locū contrariū illi loco ad quē fluunt huōres. ⁊ hoc ad diuertendū materiā a loco ad quē fluūt humores: vnde i nimio fluxu menstruoꝝ deb₃ fieri fleubothomia de basilica vt trahet materia ad cōtrariū loco ad quē declinat ⁊ diuertat a suo fluxu. Et ꝓpt

hoc ĩ pleuresi sinistre partis debet fieri fleubothomia in parte dextra vt diuertat̃ materia et attrahat̃ ad locũ cõtrariũ loco ad quẽ declinat. Et similiter si sit ĩ parte dextra debet fieri fleubothomia in parte sinistra. Quarta causa ĩdirecta ẽ vt per fleubothomiã vna porci materie euacuet̃ et natura potẽtior sit supra residuũ. et sic cõpetit fleubothomia qñ repletio ẽ in corpore ne fiat apostema. quia natura est debilis respect⁹ regiminis illorũ huõrum. ideo vna porcio illius materie est euacuãda ne propter impotentiã nature in regendo illã materiã/illa materia fluat ad aliquẽ locum debilem: in quo aggregetur et apostema generet.

Textus

Fac plagam largã mediocriter vt cito fumus
Exeat vberius liberiusq́ꝫ cruor.

Cõmentum.

In hoc passu autor ponit vnũ documentũ de q̃ntitate scissure ĩ fleubothomia. Et dicit q̃ scissura debet esse larga mediocriter. vt fumus ⁊ grossus sãguis liberius exeant. qa qñ scissura ẽ stricta: tũc solũ subtilis sanguis exit et grossus remanet. Circa istõ ẽ sciendũ q̃ aliqñ in fleubothomia debꝫ fieri vulnus magnũ ⁊ aliqñ paruũ. Debet autẽ fieri vulnus magnũ tribus de causis. Primo qa huõres sũt grossi: ⁊ grossus sãguis ẽ euacuãdus vt ꝑ illud vulnus magnũ/sãguis facilius possit exire. ⁊ ergo ĩ melãcolicis faciendũ ẽ magnũ vulnus. Scdõ propt̃ tẽporis frigiditatẽ qõ huõres ingrossat. et g° in hyeme debet fieri vulnus magnũ. Tercio propt̃ abundantiã huõrũ: qa tũc melius fit euacuatio per vuln⁹ magnũ q̃ paruũ. Sed vulnus paruũ fit cũ ẽ virtus debilis vt de spiritibus ⁊ calore minus euacuet̃: ⁊ in tempore calido eadem de causa. et quãdo est sanguis subtilis

Textus

Sanguine substracto sex horis est vigilandũ
Ne somni fumus ledat sensibile corpus
Ne neruũ ledas nõ sit tibi plaga profunda

Sanguine purgatus non:carpas protinus escas.

Cõmentum.

In hoc passu autor tangit tria considerãda circa fleubothomiã. Primũ est q fleubotomatus nõ debet dormire imediate post fleubothomiã:nisi ad minus trãsiuerit sex hore. Et huius subdit autor causã ne fumi q scilz in somno causat moti ad caput ledant cerebrũ. Alie tamẽ possũt assignari cause.quarũ prima est ne in somno vertat se patiẽs supra brachia fleubothomatũ et per hoc ledat. Scda est ne humores in somno fluant ad membrũ lesũ in quo ẽ dolor propter ictũ fleubothomi et fiat apostema. Unde. Galinus scdã ãphorismor sup illo aphorismo. In quo morbo vult q in somno si fiat apostema intra corpus aut mẽbrum sic lesũ ad ipm fluũt hũores auic. vo aliũ assignat causã scilz q p talem somnũ possz accidere cõfractio membror. Et istius causa potest esse qa sicut scdm. Galienũ super illo amphorismo. In quo morbo. etc. somnus principio paroxismi nõ competit qa calor naturalis ad interiora regredit et exteriora infrigidãtur et fumi remanẽt nõ cõsumpti propter quod rigor augmentatur et proximus etiã prolongat. sic etiaz fumi per cõmotionẽ humor i fleubothomia ad neruos et ad lacertos eleuãtur qui nõ ꝯsumpti remanẽtes in somno infrigidatur in exterioribus et ingrossãtur. et ideo faciunt neruorũ et lacertorũ confractionẽ si fiat super dormitio imediate post fleubothomiã. Alia causa põt esse qa materiam ingrossãs est faciens confractionẽ sicut in quartana in cuius typo fit ꝯfractio propter frigiditatẽ et grossiciem materie sed nerui et lacerti sũt frigidi idõ ad ipos veniẽs iste fumus in somno in quo fit retractio caloris ad interiora infrigidatur et ingrossat. et iste fumus infrigidatus et ingrossatus. frigiditatẽ et ingrossationẽ iducit in membro siue cõfracionẽ qa ad membrũ ꝯsimile properant egritudines cõsimiles. Et istõ verũ est de somno fleubothomie vicino et nõ de remoto postq fumi illi fuerint ꝯsumpti. Scdm quod dicit est q fleubothomãs de-

bet cauere ne faciat nimis profundā aperturā in minu tione ita q cum fleubothomo ledat neruū vel arteriam ve ne suppositos. Nam ex lesione nerui sequit spasmus ex quo alterius acerbissima mors sequitur vel ad min⁹ perditio membri puta brachii vel digiti rc. Et ex lesio- ne arterie sequitur fluxus sanguinis arterialis difficili- me curabilis. Tercium est q fleubothomatus nō debet ilico id est īmediate post fleubothomiā cibum sumere sz debet expectare quousqꝫ ī eo humores fuerint quieti ne cibus ante eius digestionem ad subueniendū membro leso cum sanguine simul attrahatur.

Textus

Omnia de lacte vitabis rite minute
Et vitet potum fleubothomatus homo
Frigida vitabis quia sunt inimica minutis
Interdictus erit minutis nubilus aer
Spūs exultat minutis luce per auras
Omibus apta quies, est motus valde nociuus

Cōmentum

Hic autor ponit quīqꝫ vitanda ab ipo fleubothoma- to. quoꝝ pmū est q fleubothomatus debet vitare lac r lacticinia. Cuius causa est quia ex cōmotione humoꝝ per fleubothomiā sepe fluūt humores aliqui ad stoma- chum. Si ergo lac sumeretur ex cōmistione illoꝝ humo rū lac in stomacho corrūperetur ex quo de se matie cor ruptibile ē. Et etiā lac propter dulcedinē eius posset tra hi indigestū ad venas. Et propter ꝯmotionē humorum facile corrumpi. Scōm est q fleubothomatus debet ca- uere a potu nimio q̄a propter euacuationē venarū talis potus traheretur facile ad venas īdigestas prout prius dictū est. Terciū est q fleubothemathus debꝫ vitare oīa frigidat tam intus sūpta q̄ exterius adhibita puta ciba ria multū frigida aerem frigidum/balneū frigidū tenu itatē vestiuꝫ sessionē supra petram/frigiditatem capitis vel pedū q̄a cū calor natnralis per fleubothomiā debi- litatus est corpus facile superflue infrigidaret. Quartū

est q̃ fleubothomatus nõ debet ambulare in aere tenebroso nebuloso turbato q̃a talis ꝯtristat aĩam ⁊pigriciem in corporibus inducit. vt prius dictũ est ibi. Aer sit mũdus. Jam tristicia causa ẽ sanguinis melãcolici. Sed debet ambulare in aere claro et lucido quia in tali aere spũs vitales naturales et animales recreant̃ ⁊ ad extra mouent̃ cõgaudentes simili. Quintũ est q̃ fleubothomatus debet querere quietẽ temperatã similit̃ motũ excessiuũ vitare q̃a motus excessiuus tunc maxime debilitat ⁊ humores ꝯmouet. quies v̓o temperata motum sedat.

Textus

Principio minuas in acutis perperacutis
Etatis medie mulum de sanguine tolle
Sed puer atq̃ senex tollet vterq̃ parum.
Uer tollet duplum reliquũ tẽpus tibi simplũ.

Cõmentum.

Hic autor dicit quatuor. Primũ est q̃ fleubothomia facienda ẽ in prĩcipio egritudinũ pperacutarũ .i. maxie acutarũ q̃ scil3 terminant̃ in die quarto q̃a tales sũt breues nec dant inducias ⁊ideo a principio medicãte sunt Scõm est q̃ in etate media scil3 que est a tricesimo ãno vsq̃ quadragesimũquintum vel quinquagesimũ annũ plus de sanguie extrahendũ ẽ q̃ in aliqua aliarũ etatũ q̃a in tali etate maxie multiplicat̃ sãguis ⁊eius substracto nõ impedit augmentũ nec diminuit̃ virtus corporis q̃a corpus in tali etate non auget̃ neq̃ diminuit̃ sensibiliter sed stare videt̃. Terciũ est q̃ senes ⁊pueri parũ fleubothomãdi sũt q̃a in pueris sanguis multus requirit̃ ꝓpter nutritiõnẽ ⁊ augmentationẽ in eis. Et ĩ senibus virtus incipit debilitari. Quartũ est q̃ ĩ vere dupla q̃titas sãguinis abstrahẽda est ꝑ fleubothomiã respectu alioꝝ temporꝝ. Cuius ratio est q̃a ver est tpũs maxie multiplicatiuũ sanguinis secundũ omẽs autores medicine. Circa primũ dictũ pro maiori declaratione ponende sunt alique regule circa fleubothomiã. Quarũ prima est q̃ ĩ principio morbi nõ est facienda fleubothomia. medicus

enī est minister nature scdm Galienū.tercia tegni.cano=
ne illo.Oim natura operatrix.medicus vo minister. sȝ
scdm Galienū q̄rta amphorismoꝝ ī cōmento illius egri
tudinibus quibuscūq̄ incipientibus nulla euacuatio in
principio morbi ē naturalis. sicut gº natura ī principio
morbi nō euacuat:ita nec medicus. Jstud tñ ī tribus ca
sibus habet instantiā.primo ī materie furiositate.Unde
auic.loco sepe allegato vult q̄ ī principio morbi fleubo
thomia nō debet fieri:q̄a fleubothomia huōres cōmoue
ret ⁊ subtiliaret:⁊ currere per corpus faceret:nisi mate=
ria sit furiosa. Scdo habet instantiā ī materie multitu=
dine.Unō Galienus sup illū amphorismū. Jncohoanti=
bus morbis vult q̄ oportet fieri fleubothomiā aut far=
naciā vt natura alleuiet̄:que.s. onerata est ꝓpter mate=
rie multitudinē.Tercio habet instantiā ī morbi magni=
tudine ⁊ acuitate.vt qñ est apostema magnū ⁊ dolorosū
licet nō sit multa materia.s.antecedēs in corpore.Unde
dicit Galienus decimotercio megategni. Si apostema
sit magnū fleubothomet̄ ī principio licet nō sit materie
multitudo ne crepet̄ aut aperiat̄ apostema ante sui ma=
turationē.Ergo vt mala sinthomata vitent̄ minutio est
facienda.Scda regula est q̄ nō fiat fleubothomia in die
motus egritudinis:sicut ī crisi/ nō est faciēda fleubotho
mia.nec aliqua euacuatio/ne materia a loco ad quē na=
tura mittit ipsā diuertat̄.Similit̄ neq̄ ī paroxismo.vnō
scdm Galienū prima amphorismoꝝ. Jn statu neq̄ fleu=
bothomia neqȝ farnacia fieri debet:quia in eo fit coctio
morbi:que melius fit in quiete q̄ motu.Sed sicut se ha
bet status ad morbū totalem . ita paroxismus respectu
dierū interpolationis:sicut ergo in statu nō est euacuan
dū:ita nec ī paroxismo. Tercia regula ē q̄ fleubotomia
nō ē faciēda ī principio morbi cū crisis est remota.q̄a se
cundū ysaac ī vrinis sāguis ē fundamentū caloris natu
ralis ipsū scilȝ sustinēs:licȝ cor sit fundamentū generās
et spūs fundamentū deportās. sed sanguis ē fundamen
tū caloris naturalis q̄a ex eo materialiter generat̄ calor

naturalis. ꝛ ideo aliquis sanguinē euacuando euacuat calorem qui materiā morbi habet digerere. ꝛ per consequēs morbus prolongat: ꝛ virtus debilitat, ꝑpter quod timendū est ne propter longitudinē morbi ꝛ debilitatez virtutis natura succūbat. Quarta regula est ꝙ ī corpore habente fecem in intestinis nō debet fieri fleubothomia. Cuius causa est quia tria sunt attrahentia scilȝ calidū vacuū: et tota species. quia ergo per fleubothomiā vene euacuant: que a mēbris sibi ꝑpinquis attrahunt: et ita miseraice a stomacho: venter plus constipat ꝛ materia contenta in venis plus inficitur et miseraice attrahunt humiditatē secum: ꝛ feces plus desiccant. debet g° venter primo leniri vt per suppositoria aut clisteria nisi per se laxetur. Quita regula est ꝙ nō debet fieri fleubothomia multa: quia ex hoc malū accidit in senio. scilȝ multi morbi mali sicut epilomia appoplexia ꝛ paralisis qa ꝑpter remotionē sanguinis ꝛ caloris generant multe supfluitates fleumatice que sunt cause harū egritudinū. Sexta regula est ꝙ nō debet fieri fleubothomia in muliere mēstruata aut impregnata. In impregnata nō debet fieri: quia per hoc calor digerens cibū diminueretur: et nutrimentū fetus auferet. et maxime quādo fetus est magnus cū tunc indiget ampliori nutrimēto. Et istō dicit ypocras quīta amphorismoꝝ. In mēstruata vero naturaliter scilȝ scdm̄ reuolutionē mensis nō debet fieri fleubothomia. quia in fluxu nimio menstruoꝝ esset facienda ad diuertendū materiā. sed quādo eueniūt naturaliter et scdm̄ debitū cursum nature tūc nō debet fieri fleubothomia cū materia euacuet sufficiēter a natura ꝛ natura nō debet diuerti ab operatione. Septima regula est ꝙ post colericā passionē nō debet fieri fleubothomia. cuȝ enī fleubothomia cōmoueat humores per hoc posset humor colericus ad stomachū fluere et ipsū inflāmare: nec debet fieri post vomitū. ne similiter humores fluant ad stomachū: neqȝ post fluxū ventris: neqȝ post vigilias magnas: neqȝ post motū fortē. ꝛ breuiter nec post

vllum calefaciens multum aut multũ dissoluens quia fleubothomia hũores plus cõmoueret ⁊ virtutẽ magis debilitaret. Deinde videndũ est in quibus hominibꝰ cõpetit fleubothomia. Et pro illo ponẽde sũt alique regule. quarũ prima est ꝙ fleubothomia cõpetit hoibus delicatis occiosis ⁊ quiescentibus multũ carnosis ⁊ cibus multũ sanguinẽ generãtibus vtentibus. Secunda regula est ꝙ fleubothomia cõuenit illis in quibus est abundantia sanguis quod cognoscit̃ per vrine spissitudinem abundantia enĩ sanguinis facit eam spissam: sed colera subtilem. Tercia regula est ꝙ fleubothomia debet fieri in illis in quibus melancolia abundat. vnde cũ ẽ multa melancolia naturalis currens cũ sanguine per totũ corpus quia sanguis in epate ab ea nõ mundificat̃ tũc competit fleubothomia siue minutio postea farmacia. Unde duplex ẽ melancolia. naturalis ⁊ ĩnaturalis. Naturalis est fex sanguinis que quando abundat ipsa est currens cum sãguine quare cum sãguine p fleubothomiã euacuat̃. Ideo faciẽda ẽ fleubothomia ad eius euacuationẽ cũ sanguine. Ab eodem enĩ calore scilꝫ a calore temperato fiunt sanguis ⁊ melancolia que est eiꝰ fex ⁊ postea facienda est farmacia. Quarta regula est ꝙ in illis in quibus timetur humoꝝ ebullitio ⁊ ꝯturbatio ⁊ calefactio competit fleubothomia. ⁊ isti statim quando sentiunt se calefieri debent fleubothomari cũ sit timor ebullitionis ꝯturbationis ⁊ calefacionis propt̃ humoꝝ abundatiã. Aliquando tamen aliqui decipiunt̃ per istã regulã qa statim quãdo sentiũt calefactionẽ ⁊ timent de humoꝝ ebullitione statim fleubothomãt se. Et qñ istud est ex colere calefactione ⁊ incẽsione per fleubothomiaꝫ nõ cessat calefactio: nec ebullitio. imo per hoc augmẽtat̃ quia fleubothomia humores cõmouet: ⁊ per corpus currere facit. ⁊ ergo nõ competit fleubothomia: nisi hoc fit ex abundãtia humoꝝ quod cognoscit̃ per sudoris multitudinẽ. et maxime in mane. Aliqui enĩ sunt qui nõ sudant: nisi quãdo euacuatione indigent. Quĩta regula ẽ

ꝙ illis debet fieri fleubothomia qui habent fortem virtutem ⁊ qui sunt saguinee ꝯplexionis nō frigide ⁊ sicce. Unde rasis septimo almosoris. Corpora apta ad fleubothomiā ⁊que eam plus possunt pati sunt illa que habent venas amplas ⁊ manifestas ⁊corpora pilosa ⁊bruna ⁊ ex colore rubeo ⁊ fusco mixtis unt colorata ⁊iuuenes ⁊ adolescentes ⁊ senes non decrepiti sed pueri ⁊ infirmi non sunt minuendi nisi magna vrgente necessitate. Et plurime istarum regularū colligunt̄ ex. Auicēna quarta primi capitulo de fleubothomia.

Textus

Estas ver dextras/antūnus hyemisq̧ sinistras.
Quatuor hec membra/cephe/cor/pes epar vacuāda
Ver cor/epar estas ordo sequens reliquas

Cōmentum

Hic ponit autor aliqua ꝯcernentia mēbra euacuāda fleubothomia. Et dicit primo ꝙ in vere ⁊ estate debent euacuari vene dextre vt dextre manus vel dextri brachii vel pedis. Sed in hyeme ⁊ antūno debēt fleubothomari vene sinistre: scilꝫ sinistre manꝰ vel sinistri brachii vel pedis. Et istius causa potest esse q̄a ver ē multiplicatiuū sanguinis ⁊ estas colere ergo in vere ⁊ estate debēt euacuari ille vene ī quibus magis abūdant sanguis ⁊ colera. sed ille sunt vene dextre: q̄a in parte dextra corporis situatū est membrū generatiuū sanguīs scilꝫ epar ⁊ receptaculū colē scilꝫ cistis fellis. Sed antūnus ē ḡnatiuꝰ melācolie que etiā coacernat̄ ⁊nō resoluit̄ per hyemem ergo in antūno ⁊hyeme debent fleubothomari ille vene in q̄bus magis dn̄atur melancolia que sūt vene sinistre cū in sinistra parte corporis contineatur splen q̄ est receptaculū melācolie. Scd̄o dicit ꝙ ista quatuor mēbra scilꝫ cephe id est caput cor pes ⁊ epar scd̄m quatuor ptes anni sunt euacuanda cor quidē in vere/epar in estate/caput in hyeme ⁊ pedes in antumno.

Textus

Dat sanatella tibi plurima dona minuta

Purgat epar/splenem pectus/precordia vocem
Innaturalem tollit de corde dolorem.

Cõmentum.

Hic tangit sex iuuamenta prouenientia ex fleubothomia vene que dicitur salnatella. et est vena in dorso manus in loco qui est inter auricularem digitũ et medicum Primũ est q ipa purgat epar. Scõm est q ipa mũdificat splenem. Terciũ est q mundificat pectus. Quartum est q preseruat precordia id est orificium stomachi a nocumento. Quintum est q aufert nocumenta vocis. Sextũ est q aufert dolorẽ inaturalem cordis. Et ratio oĩm iuuamentorum ẽ qa predicta vena ab oĩbus istis locis sanguinẽ euacuat vt postea etiã patebit. Pro maiori declaratiõe predictorum sciendũ ẽ q in fleubothomia aliqñ aperiuntur vene et aliquãdo arterie. In apertione aũt arterie est timor. Et hu9 causa potissima ẽ nimius fluxus sanguinis qui duplici causa habet fieri ĩ fleubothomia arterie. Una causa ẽ caliditas vehemẽs sanguinis arterialis. Calidũ enĩ est facile mobile et arteriã dilatans et aperiens. et ideo iuuat multũ ad euacuationẽ sanguis in fleubothomia arterie. Scda causa ẽ arterie mobilitas et ideo tardius in ea vulnus curat. qa vulnera nõ sanãtur nisi quiescãt. Prodest tamen ista fleuthomia tripliciter Primo cũ est in corpore sanguinis subtilis abundantia Scdo quãdo vaporisi. Tercio quãdo calidissimi sãguinis enĩ subtilis ex quo calor naturalis et spũs fiũt habitãt in arteria sed sanguis grossus ex quo mẽbra nutriũtur in venis. Similiter sanguis vaporosus in arteria cõtinet et sanguis sanguineus in venis. Sanguis etiã calidissimus qui a corde effitit et digerit quod ẽ calidissimũ membrũ etiã continet in arteria. Alius aũt sãguis in venis Scdo sciendũ q venarũ apertio ẽ in multis mẽbris Aliquãdo ĩ brachio siue manu magna Aliquãdo ĩ parua. Aliquãdo in pede Aliquãdo ĩ naso. Aliquãdo in frõte. Aliquando in labiis. Aliquãdo sub lingua siue in palato. Aliquando in angulis oculorum versus frontem.

In manu maiori que est ab ascellis vsq3 ad cubitos sūt quiq3 vene aperiende. scd̄m Rasim. vii°. Almasoris. Et Auic. loco p̄allegato. Una vocat̄ cephalica: que ē vena capitis: Scd̄a basilica que est vena epatica. Tercia mediana siue cordiaca siue nigra scd̄m q᷑ vocat̄ ab auic. siue matrix: sicut vocat̄ a rasi. Quarta assellaris. Et quinta funis brachii. In manu minori est sceiles siue salnatella. et ita in brachio scd̄m q᷑ continet maiorē manū et minorē sunt aperiende sex vene. Cephalica a partib⁹ q̄ sunt supra collū euacuat. ꝛ ideo passionibus capitis valet vt ī emigrania mania: ꝛ ī aliis calidis passionib⁹: siue ex materia calida. Unde ꝛ ista incipit siue oritur ab humero: ꝛ tendit versus partē siluestrē brachii. Basilica euacuat īmediate a partib⁹ sub collo vt a pectore ꝛ epate. Unde in passionibus pectoris epatis ꝛ similiū valet. vnde valet ī pleuresi. Et incipit ista ab ascellari ꝛ tēdit ad partē domestīcā brachii ad curaturā brachii. Mediana vero est media inter duas p̄dictas in situ ꝛ in cōpositione: q̄a ex eis cōponit̄. Est enī ramus vtriusq3. Et est etiā media ī euacuatione: q̄a vndiq3 euacuat: ꝛ ab inferioribus partibus sub collo et a collo: ꝛ supra collū. Unde est vniuersalis toti corpori ī euacuando. Homo vniuersalis sicut dicūt quidā q̄a a corde oritur. sed quia ramus est cephalice ꝛ basilice. Et ergo cū volumus fleubothomare de cephalica ꝛ nō apparet/debemus accipere magis medianā q̄ basilicā. Et similit̄ cū volumus fleubothomare basilicā ꝛ nō apparet/magis debemus fleubothomare medianā q̄ cephalicā: q̄a magis cōuenit cū vtraq3 q̄ vna/cū alia cū sit ramus istaꝝ: ꝛ iste extrema Seiles siue salnatella est vena que est inter auricularē et medicū: tendens plus versus medicū digitū. ꝛ oritur a basilica. ꝛ ista aperit̄ in dextra manu ī opilatione epatis. Et in sinistra manu/in opilatione splenis. Et quare hoc fit nescit̄ ratione. sicut dicit auic.: sed experiētia. hāc enī inuenit Galienus per somniū vt ipse dicit: quia habebat quendā in cura habentē opilationē epatis ꝛ sple

nis: ꝛ somniabat se fleubothomare/ patientē de illa vena. ꝛ sic fecit: ꝛ curatus ē. De ista fit fleubothomia ponēdo manū in aqua calida: q̄a subtilis ē. ideo vt ingrosset et dilatet: ꝛ ne vulnus claudat citius debito: ꝛ vt sāguis grossus subtiliet. Assellaris est illa q̄ posita est sub basilica. ꝛ illa apparet ī ligatura brachii. ꝛ de ista idē est iudiciū cū basilica. Funis brachii ē illa q̄ est supra cephalicā: siue os vltimū: siue altius brachii/ v̄sus partē siluestrem. Et est idē iudiciū de ista ꝛ de cephalica. Licet g° scd̄m Auic. ꝛ Galienū ī apertiōe vene fit euacuatio vniuersalis a toto corpore nō tñ ab oībus venis equaliter vt visū est. Licet etiā vene a toto corpore euacuēt/ nō tñ ī eis est timor equalis īmo cephalica. scd̄m Rasim septimo almasoris ē securior. Et basilica ē magis timēda. et cardiaca etiā multū ē timēda/ licet minus q̄ basilica. Cephalica ē securior: q̄a neqꝫ iuxta eā ē neruus neqꝫ arteria: neqꝫ supra eā. Sed sub cardiaca ē neruus ꝛ altius supra eā est neruus subtilis: ideo timendū ē ne incidiat Basilica ē piculosa valde/ q̄a ē sub ea arteria ꝛ iuxta eā est neruus ꝛ musculus. ꝛ ideo ē timēda valde. Seiles siue salnatella nō ē periculosa: sed tñ subtilis ē. ꝛ ideo vt aperiat/ melius ē q̄ ponatur ī aqua calida. In pede sūt tres vene. scilꝫ sciatica/ sophena/ ꝛ vena poplicis. Et hec aperiunt cū volumus trahere sanguinē ad partes inferiores/ vt ī ꝓuocatione menstruoꝝ. et illa q̄ est in poplice scd̄m Auic. magis valet q̄ sophena aut sciatica. quia propinquior est matrici. ꝛ ideo melius pōt ab ea trahere. Sophena vero a virga testiculis ꝛ a matrice sanguinē attrahit. Sed sciatica ab anchis renibus ꝛ mēbris q̄ sūt situata versus partē siluestrē melius trahit. Sophena vero a matrice ꝛ a mēbris positis versus partē domesticā: licet sint rami vnius vene. In medio frontis est vena vna que aperienda est ī antiquatis passionibꝰ faciei: vt in morphea ꝛ impetigine/ scabie: ꝛ in passioībus oculoꝝ. prius tñ debet fieri minutio de cephalica. Et similiter ē vna vena ī naso. Et in vtriusqꝫ apertione de:

bet collũ ligari. ⁊ postea aperiri vna ante aliã. per ligationẽ enĩ colli melius manifestant. Jn labiis etiã sũt vene que aperiunt ꝓpter apostemata existentia in ore aut gingiuis. cephalica tñ prius minuta. Jn palato sũt quatuor vene que si aperiunt valent fluxui reumatis ad dẽtes in eis facientis dolorẽ. Et iste vene sunt manifeste et debẽt aperiri materia digesta. Jtem quedã sunt vene in angulis oculoꝝ versus frontẽ et aperiunt in passionibus oculorũ cephalica prius minuta. Jtem quedã sunt vene sub lingua que aperiunt in squinantia cephalica prius minuta. Jtem vene que sũt in timporibus incidũtur ꝓpter emigreneam: et ꝓpter dolorẽ magnũ capitis et egritudinẽ capitis diuturnam. et iste sunt quas vocat ypocras et auic. iuueniles. quarũ incisio reddit hominẽ impotentẽ generare. Jtem in collo etiam sunt vene que vocant guides: que minuende sunt in principio lepre et maxime tamen anhelitus augustatur. vnde ⁊ in squinãtia impediente anhelitum minuũtur.

Textus

Si dolor est capitis ex potu limpha bibatur
Ex potu nimio nam febris acuta creatur
Si vertex capitis vel frons estu tribulentur
Timpora fronsq simul moderate sepe fricentur
Morella cocta nec nõ calidaq lauentur

Cõmentum

Jn hoc passu autor duo notat. Primũ est ꝙ si dolor capitis accidat ex potu nimio maxime vini vel alicuius alius potus quo cõtingit hoies iebriari tũc supbibi debet aqua frigida: que sui frigiditate atq ingrossatiõe impedit ne fumi ex tali potu eleuati cerebrũ ledant vel ad ipsũ eleuent. Scdm ẽ ꝙ si sũmitas capitis vel frons nimio calore vexetur: tũc debẽt timpora et frons moderate fricari. ⁊ postea debent ex aqua decoctionis morelle calida lauari. quia morella que coibus medicis solatrũ dicitur/habet infrigidare: quia frigida est.

Textus

Temporis estiui ieiunia corpora siccant
Quolibet in mense confert vomitus quoq3 purgat
Humores nocuos stomachi lauat ambitus omnis
Uer/autūnus/hyems/estas/dñatur in anno
Tempore vernali calidus fit aer humidusq3
Et nullum tempus melius fit fleubothomie
Usus tunc homini veneris confert moderatus
Corporis et motus/ventrisq3 solutio/sudor/
Balnea/purgenꝫ tunc corpora medicinis
Estas more cale siccat noscatur in illa
Tunc quoq3 precipue coleram rubeam dñari
Humida frigida fercula dentur.sit venus extra
Balnea nō prosunt.sint rare fleubothomie
Utilis est requies:sit cū moderamine potus

Cōmentum

In hoc passu autor plura notat. Primū est ꝙ ieiunare multū exsiccat corpora ī estate.qa ex quo estas de natura sua ē calida et sicca ipsa resoluit huīditates corporis.que etiā resoluiꝫ per sudores in estate multiplicatos et sic supueniente ieiunio corpora plus exsiccanꝫ.qa absente humido cibali calor nostri corporis agit ī humiditates ꝓprias ipsas exsiccando. Et ergo bene dixit ypocras.septima particula amphorismoꝝ.corporibus huīdas carnes habētibus famē adhibere ꝯuenit.fames enī corpora exsiccat. Scōm ē ꝙ vomitus cōfert quolibet mēse:qa per vomitū euacuanꝫ huōres nociui cōtenti in toto ambitu stomachi. Et istud etiā voluit auic. q̄rta primi.ca.decimotercio de iuuamentis que affert vomitus cū dixit ꝙ ypocras precepit vomitū fieri bis invno quoq3 mense.scilicet duobus diebus cōtinuis vt secūdo die expellatur illud quod primo die non potuit expelli. Et per hoc secundū ypocratem conseruatur sanitas: cum talis vomitus mundificat stomachum euacuando fleuma et coleram. Stomachus enī nō habet aliquid quod mundet ipsum:sicut intestina habent coleram rubeam ipsa mundificantē. Et postea Auicēna loco preallegato

ponit plura alia iuuamenta vomitus bene facti. Quorum
primū est q̄ confert grauitati capitis et hoc verū est qñ illa
grauitas accidit ex materia hūmorali vaporosa proueni-
ente a stomacho et mēbris inferioribus ad caput. Si enī
grauitas capitis fieret a nocumento proprio ipsius cere
bri tūc vomitus magis noceret q̄ cōferret. Secūdum est q̄
clarificat visū. et hoc quādo obscuratio visus prouenit ex
materia vaporali proueniente a stomacho ad ipsos oculos
alias aūt non. Terciū est q̄ aufert fastidiū id est nauseā
et abhominationē remouēdo et euacuendo humorē a sto
macho qui est causa fastidii. Quartū est q̄ confert ei ad
cuius stomachum descendit colera corrumpens eius ci
bum. Quintum est q̄ remouet abhominationē que fit pro
pter vnctuositatē. Sextum est q̄ remouet casum deside-
rii et illud quod facit desiderare acutum ponticū aut a-
cetosum qa vomitus remouet causā omniū istarū dispo
sitionū. iam remota causa remouetur effectus. Septimū est
q̄ confert laxitati id est cachecie que precedit ydropisim
euacuando materiā talis laxitatis et mūdando stomacū
Octauum est q̄ cōfert vlceribus in renibus et vesica. di-
uertendo materias currētes ad illa loca ad partē oppo
sitam. Nonū est q̄ etiā confert lepre maxime quando fit
cū vomitruo forti sicut eleboro quia talis vomitus eua-
cuat materias q̄ sunt in locis remotis et difficilis eradi-
cationis ex quibus fit lepra. Etiā vomitus corrigit dige-
stionē primam ex qua alie digestiones melius fiunt vn-
de lepra peccat in corruptione digestiuē. Decimū est q̄ cō
fert malicie coloris in cute ex aliquo hūore diuertendo
ipm a cute. Undecimū est q̄ confert epilentie stomatice
euacuando hūorem contentū in stomacho. ex cuius effu
matione causatur epilentia. Duodecimū est q̄ confert ytte-
rice maxime illi que est ex opilatione nam propter motū
fortem ī vomitu materia opilans commouetur remouetur a
loco in quo faciebat opilationē. Similiter euacuatur ma-
teria fleumatica per vomitū que cōiter est causa istius opi-
lationis. Decimūtercium est q̄ cōfert asmati euacuando

materiã antecedentẽ ex stomacho que foueoat materiaʒ
asmatis . Et etiam calefaciendo membra spiritualia et
pulmonem : ex quorum calefactione sequitur consum=
ptio superfluitatũ facientiũ asma . Decimũquartum est
ꝙ confert tremori et paralisi euacuando materiam ista
rum passionũ. Decimũquintũ est ꝙ confert habentibus
vlcera nigra magna super partes extremas diuertẽdo
humores a partibus extremis. Et licet vomitus debite
administratus ista conferat iuuamenta superflue tamẽ
factus multa inducit nocumenta quia debilitat stoma=
chum et resoluit ipsum: et facit eum aptum vt materie
fluant ad ipsum/ et obest pectori et visui et dentibus/
et antiquis capitis doloribus.ꝛc. Prout dicit Auicenna
quarta primi.capitulo decimoquarto. Terciũ quod no=
tat hic textus est ꝙ quatuor sunt tempora anni. scilicet
Uer/Estas/Autũnus/et hyems.prout manifestum est.
Et inter ista tempora Uer est calidum et humidũ.ꝛhoc
respectu aliorũ temporũ licet in se sit tempus tempera=
mento attinens.vt vult Galienus in de complexionibus
Et ex isto sequitur ꝙ istud tempus magis aptũ est fleu=
bothomie:quia magis ẽ multiplicatiuũ humorꝝ ꝙ̃ alia
tempora . Et ergo etiam isto tempore potest conuenire
moderatus vsus coytus et motus temperatus et vẽtris
solutio siue fluxus et sudor temperatus et similiter bal=
nea temperata ad diminuendũ repletionẽ. Et ergo etiã
istud tempus aptum est ad purgationẽ corporis cũ me=
dicinis. Quartum est ꝙ estas calefacit et exsiccat.ꝛ ergo
in ipsa etiã multiplicatur colera rubea:que calida est ꝛ
sicca. Et propter hoc etiam in estate fercula debent esse
frigida et humida ad remouendũ disperantiam calidi=
tatis et siccitatis ex complexione estatis inductam . Et
debet fieri abstinentia coytus cum talis etiam exsiccet.
Et abstinẽtia a multis balneis simili de causa. Et rara
fleubothomia eadem de causa nisi necessitas hominem
compellat . Et debet fieri quies et paucus motus quia
quies humectat et multus motus nimiũ exsiccat. Et de=

bet homo predicto tempore vti potu cū moderamine ꝛ maxime frigido: quia ex superflua sumptione potus frigidi: propter aperitionem pororū aliquādo sequitur subita infrigidatio corporis vel paralisis siue laxitas mēbrorum vel mors subita. A qua nos defendat qui eternaliter viuit et regnat.

Explicit Regimen sanitatis compositum seu ordinatū a magistro Arnoldo de villa noua. Cathalono omniū medicorum viuentiū gemma.

Hoc opus optatur quod flos medicine vocatur

[illegible]

Leporum . d . viij

Recommendaticia paruula ex parte [illegible] [illegible] filii patris [illegible] . d . viij

Recommendaticia [illegible] ex parte [illegible] [illegible] quo [illegible] . d . x

Laudatorio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] folio . e . ij

Duo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] . e . viij

De [illegible] . e . vj

Duo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] . e . vij

[illegible] nobile [illegible] [illegible] duo [illegible] [illegible] [illegible] . e . viij

[illegible] [illegible] . f . j

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] . f . ij

Duo commendat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] commendat [illegible] . f . iij

Commendat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] . f . viij

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] . g . x

Duo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] . g . vj

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] . f . viij

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] . f . viij

Effectus [illegible] [illegible] [illegible] folio . g . x

Commendat [illegible] commendat [illegible] [illegible] [illegible] . g . iij

[illegible] [illegible] [illegible] . g . iij

Commendat [illegible] [illegible] [illegible] commendat

De [illegible] . g . viij

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] . h . j

Effectus [illegible] . h . vj

Effectus [illegible] effectus [illegible]

Effectus [illegible] . h . viij

Effectus [illegible] [illegible] . h . x

Effectus [illegible] effectus [illegible] . h . ij

Effectus [illegible] effectus [illegible]

Effectus [illegible] . h . xij

Effectus [illegible] [illegible] effectus [illegible] effectus [illegible] . h . xiij

[illegible] nobile [illegible] [illegible] effectus [illegible] [illegible] commendat [illegible] . i . x

Commendat [illegible] commendat [illegible] . i . vj

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] . i . viij

[illegible] [illegible] [illegible] . i . viij

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] . i . x

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] . i . x

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] . i . xij

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] . k . ij

De [illegible] . k . vij

De [illegible] . k . viij

De [illegible] [illegible] . k . x

[illegible] [illegible] [illegible] . k . xj

De [illegible] . k . xij

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] . l . iij

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] folio . l . vj

[illegible] effectus [illegible] . l . vij

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] . l . viij

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

2000
[illegible]


YALE MEDICAL LIBRARY
HISTORICAL LIBRARY

38. Regimen Sanitatis Salerni. N.pl., n.d. (Paris, Guy Marchant, ab. 1490).
Vellum, 4to. Acc. 29336 2800.- ($ 778.-)

Goth.char. 88 ll. 36 lines. Copinger 5063. Pellechet 1287. Voulliéme (B) 4737 (Jean Bonhomme). Klebs 831, 2. Not in BMC. Not in Oates. Not in Madsen. Goff R 64 (3 copies: Brown Univ., Pforzheimer Found., Welch Med.L.). - A nice copy.

Hertzberger. May 1971

